31
2-A
2

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
23 C
38

31-2-A-2.

PVB. TERENTIVS AFER.

THEODO. PVLMANNI Cranenburgenſis ſtudio accuratiſſimè caſtigatus, & annotationibus variis * deſignatis, illuſtratus.

Cum Indice verborum veterum, & rarè vſitatorum apud eundem.

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. ROMA



VENETIIS,
Apud Hæredes Melchioris Seſſæ.
M D LXXVIII.

THEODORVS PVL-MANNVS CRANEN-BVRGENSIS

Lectori S.

NE mireris candide Lector, ſicubi in hoc noſtro Terentio nonnulla mutata, atque diuerſam à vulgata tum lectionem, tum ſcripturā paſſim inueneris: nam hæc, quæ ex eruditiſſimis priſcorum, & neotericorum ſcriptorum commentarijs ſtudioſè repoſui, in vetuſtiſſimis codicibus inuenta, & doctiſſimorum virorum iudicio recepta eſſe, ſi diligenter animum intenderis, comperies. ne igitur ea, vt praua, aut corrupta ſtatim damnes, atroque carbone notes, velim. Hoc te ſcire volui. Vale.

P. TERENTII VITA, EX ÆLIO DONATO.

PVBLIVS Terentius Afer Carthagine natus ſeruiuit Romę Terētio Lucano ſenatori : à quo ob ingeniū, & formā nō inſtitutus modò liberaliter, ſed & maturè manumiſſus. Quidam captū eſſe exiſtimant: qđ fieri nullo modo potuiſſe, Feneſtella docet: cum in fine ſecundi belli Punici, & ante initium tertii natus ſit, & mortuus: nec, ſi à Numidis, aut Gætulis captus ſit, ad ducem Romanū peruenire potuiſſet nullo cōmercio īter Italicos, & Afros, niſi poſt delatam Carthaginem, cœpto. Hic cū multis nobilibus familiariter vixit, ſed maximè cū Scipione Africano, & cū Lęlio, q̄bus etiā corporis gratia cōciliatus exiſtimatur. Quod & ipſum Feneſtella arguit, cōtendēs vtroq; maiorē natu fuiſſe: quamuis Cornelius Nepos ęquales omneis fuiſſe tradat, & Porcius ſuſpicionē de conſuetudine per hæc faciat.

Dū laſciuiā nobiliū, & fucoſas laudes petit,
Dū Africani voci diuinę īhiat auidis auribꝰ,
Dū ad Furiū ſe cęnitare & Lęliū, pulcrū putat,
Dum ſe amari ab hiſce credit, crebrò in Albanum rapi
Ob florem ętatis ſuę: ad ſummā inopiam redactus eſt.
Itaq; è conſpectu omnium abiit Græciam in terram vltimam.
Mortuus eſt in Stymphalo Arcadiæ oppido:

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. ROMA

nil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillimè:
Eorum ille opera ne domum quidẽ habuit conductitiam,
Saltem vt eſſet, quò referret obitum domini (ſeruulus.

Scripſit comœdias ſex, ex quibus primã Andriã cũ Aedilibus daret, iuſſus antè Cæcilio recitare ad cœnãtẽ cũ veniſſet, dictus eſt initiũ quidẽ fabulæ, q̃ erat cõtẽptiore veſtitu, ſubſellio iuxta lectulũ reſidẽs, legiſſe: poſt paucos verò verſus inuitatus vt accumberet, cœnaſſe vnà, deinde cætera percurriſſe, non ſine magna Cæcilii admiratione: & hãc aũt, & quinq; reliquas æqualiter populo probauit. Quamuis Volcatius de enumeratione omnium ita ſcribit.

Sumetur Hecyra ſexta ex his fabula.

Eunuchus quidẽ bis acta eſt, meruitq; pretium quantũ nulla anteà cuiuſquã Comœdia, *videlicet, octo millia nummũ: ꝓpterea ſũma quoq; titulo adſcribitur. Nam Adelphorũ principiũ Varro ẽt præfert principio Menãdri. Nõ obſcura fama eſt, adiutũ Terentiũ in ſcriptis à Lelio & Scipione, quibuſcũ familiariter vixit. Eandẽ ipſe auxit: nunquam enim niſi leuiter ſe tutari conatur, vt in prologo Adelphorum.

** Id eſt, Octo H.S. du centorum, p̃tiũ eſt. Prælatus Menandro Terentius.*

Nã qđ iſti dicunt maleuoli, hoĩes nobiles
Hunc adiutare, aſſidueq́ue vna ſcribere:
Qđ illi maledictum vehemens exiſtimant,
Eã laudẽ hic ducit maximã: cùm illis placet,
Qui vobis vniuerſis, & populo placent:
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quiſque tempore vſus eſt ſine ſupbia.

Videt̃ aũt ſe leuius defendiſſe, quia ſciebat, Lælio &

lio & Scipioni nõ ingratã eſſe hanc opinionẽ: quæ tñ magis,& vſque ad poſteriora tempora valuit. Q. Memmius ĩ oratione ꝓ ſe ait. Publi⁹ Africanus, q à Terẽtio pſonã mutuatus, q̃ domi luſerat,ipſe noĩe illius in ſcenã detulit. Nepos auctore certo cõperiſſe ſe ait. C. Læliũ quõdã in Puteolano Calendis Martijs admonitũ ab vxore, tẽporius vt diſcumberet, petijſſe ab ea,ne interpellaretur: ſeriùs tandẽ ingreſsũ triclinitũ,dixiſſe,nõ ſępè in ſcribẽdo magis ſucceſſiſſe ſibi:deĩde rogatũ vt ſcripta illa ꝓferret, ꝓnũtiaſſe verſus, q ſunt in Ἑαυτοντιμωρουμένῳ.

Satis pol proteruè me Syri ꝓmiſſa huc ĩduxerunt. Senera Terentiũ exiſtimat, ſi modò ĩ ſcribendo adiutoribus indiguerit, non tã Scipione & Lælio vti potuiſſe,qui tũc adoleſcẽtuli fuere, q̃ Sulpicio Gallo, hoĩe docto,& qui* cõſularib⁹ ludis initium fecerit fabularũ dandarũ: vel Q. Fabio Labeone,& M. Popillio, conſulari vtroq; ac poeta. Ideo ipsũ non iuuenes deſignaſſe. qui ſe adiuuiſſe dicerentur, ſed viros, quorũ operã & in bello, & in otio, & in negotio populus ſit expertus. Poſt editas Comędias nondũ quintũ atq; trigeſimũ egreſſus annũ, cauſa eiuſdẽ opinionis, * quia videbat̃ aliena ꝓ ſuis edere, ſeu pcipiendi Græcorũ inſtituta, moresq́; quos pinde exprimeret ĩ ſcriptis, egreſſus vrbe eſt, neque ampli⁹ redijt. De morte ei⁹ Volcati⁹ tradit.

Fortè Conſualibus.

**qua*

Sed vt Afer ſex populo edidit Comędias,
Iter hinc in Aſiam fecit: nauim cùm ſemel
Conſcendit, viſus nunquã eſt, ſic vita vacat.

Terẽtij mors

Quintus Cõſetius redeunte è Græcia periiſſe in mari dicit cum centũ & octo fabulis cõuerſis à Menãdro. Cęteri, mortuũ eſſe in Arcadię Stymphalo, ſiuę Leucadia, tradunt, Cn. Cornelio Do-

labella, M. Fuluio nobiliore Cõſulibus, morbo implicitũ acri, dolore, ac tædio amiſſarũ fabularũ, quas in naui præmiſerat, ac ſimul fabularũ, quas nouas fecerat. Fuiſſe dicitur mediocri ſtatura, gracili corpore, colore fuſco. Reliquit filiá quæ equiti Romano nupſit Ité hortulos xx. iugerũ, via Appia ad Martis villá. Quo magis mirer Porcium ſcribere. Nil Publius.

Fecellimè agentos appellat diuites, ac potentes.

Scipio profuit, nihil ei Lælius, nil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorũ ille opera ne domum quidem habuit conductitiam:
Saltem vt eſſet, quò referret obitum dòmini (ſeruulus.

Hunc Afranius quidem omnibus Comicis præfert ſcribens in Compitalibus.
Terentio non ſimilem dices quempiam.

Volcatius aũt non ſolum Næuio, & Plauto, & Cęcilio, ſed Licinio quoque poſtponit. Cicero in Limone hactenus laudat.

Tu quoque, qui ſolus lecto ſermone Terenti
Cõuerſũ, expreſſũq; Latina voce Menádrum
In medio populi ſedatis vocibus effers,
Quidquid come loqués, ac oĩa dulcia dicens.

Item. C. Cæſar,

Tu quoq; tu in sũmis ò dimidiate Menáder
Poneris, & meritò, puri ſermonis amator.
Lenibus atq; vtiná ſcriptis adiũcta foret vis
Comica, vt æquato virtus polleret honore
Cũ Græcis, neq; in hac deſpect⁹ parte iaceres
Vnũ hoc maceror, & doleo tibi deeſſe Teréti.

Hęc Suetoni⁹ Tráquillus. Ná duos Terétios poetas fuiſſe ſcribit Metius: quorũ alter Fregellan⁹ fuerit Terétius Libo, alter Libertinus Terétius, Afer patria, de quo nũc loquimur. Scipionis fa

bulas

bulas edidiſſe Terétiú, Valgius in Actęone ait.

Hæ quę vocantur fabulæ, cuius ſunt?
Non has, qui iura populis recenſens dabat
*Summo honore affectus, fecit fabulas? *Honore ſummo.
Duæ ab Apollodoro tranſlatæ eſſe dicuntur

Comico, Phormio, & Hecyra: quatuor reliquæ à Menādro, ex q̄bus magno ſucceſſu, & p̄tio ſtetit Eunuchus. Hecyra ſępè excluſa, vix acta eſt.

PAEDAGOGIS S.

NVllus eſt omnino ſcriptor in Latina lingua, quem tantopere cognoſci, ediſci q; retulerit, atq; Terétiú. Nā cū prima virtus in oratione ſit, ꝓpriè loqui, nec proprii ſermonis artificé meliorē Terentio habeamus, dignus plane eſt, in quo perdiſcédo plurimū operæ, ac ſtudij ponamus. Et ab iis, qui docent pueros, ſuperſtitioſam ét diligentiā in hoc auctore enarrando requiro. Primum prodeſt monere, q̄ Comœdiæ natura ſit, quidue ſpectarint Comœdiarū auctores: nomé vñ factū ſit. Atque hęc idé Donatus copioſè expoſuit. Conuenit aūt inter omneis, auctores Comœdiarū voluiſſe & cōiū morū, & caſuū exempla proponere, quibus velut admoniti, prudentius iudicemus de rebus humanis: & genere orationis facundiam locupletare. Quæ inculcabunt profeſſores eò diligétiùs, vt ſciant pueri, quid ex illis petere debeāt. qué fructū facturi ſint legédis Comœdiis. Nam quò propriùs cognorint & vim literarū & vtilitaté, eò impenſius iuuat diſcere. Porrò nomé *Comœdia vnde dicta. Comœdia factum eſt (vt plurimi dicunt) ἀπὸ τῆς κώμης, i. à comeſſatione, & ἀπὸ τῆς ᾠδῆς, id eſt à carmine, vt ſit conuiuiale carmen.

Ná cóuiuiis primú iocoſe quodá carmine ciuiū
vitia iuuétus liberius taxabat: poſteà ars acceſ
ſit, & theatrorú conſuetudo . Ariſtoteles περί-
ποιητικῆς de nominis origine aliter ſentit, nec
piget aſcribere eiùs verba: ὡς κωμῳδίους οὐκ ἀπὸ
τοῦ κωμάζειν λεχθέντας, ἀλλὰ τῇ κατὰ κώμας
πλάνῃ ἀτιμαζομένους ἐκ τοῦ ἄστεος. Cętera Do-
natus. In recenſendis arguḿetis fabularú, cóſi-
ſiliú poetę ſumma cura exponendú eſt: quarú
pſonarú deſcriptiones in primis admirationé
mereátur, in quibus locis plurimú cómoretur
poeta, vbi plurimú neruorú plurimú eloquen-
tiæ oſtentet: quos locos ita cómendent pueris,
vt & familiariter ament, & tanq̄ digitos ſuos
Propoſitio. norint. Et ob hanc causá fabularú oíum argu-
Intentio. menta veteri more in πρότασιν, ἐπίτασιν, και
Conuerſio. καταστροφὴν partiantur, vt diſtributa faciliùs aſ-
ſequatᷣ iuuentus. Ferè aũt fabulæ continent pe
riculú quoddá. Nuſquá. n. conſilio locus eſt, ni
ſi in dubiis rebus. Neq; verò aliud eſt Comędià
niſi humanorú conſiliorú, & euentuú imago q̄
dá. In Andria periclitatur Páphilus, vt Glycerio
fidé promiſſam præſtet, poſtq̄ patri per erroré
pollicitus eſt, futurú ſe in eius poteſtate, ac du-
ctutú quá vellet. Eſtq; hæc veluti στάσις fabu-
læ. Cóſilia oía, querelæ oés, argumenta oía huc
referenda ſunt. Et tota fabula ſimilis eſt oratio
ni generis ſuaſorij: Ná variè de tota cauſa con
ſultant ſenes, adoleſcentes, ac ſerui. Sed vt argu
mentum propiùs cernere queant pueri, ordine
ſingulas parteis referemus.

PERICVLVM PROTASIS.

Cùm amaret Páphilus Glyceriú, eiq; fidé de
diſſet ducturú ſe eſſe vxoré: pater qui amare fi-
lium

liũ cõpererat, conſiliũ capit abſtrahendi eius à Glycerio: ſimulat ſe vxoré daturum, poſcitq; vt ne filius id recuſet. Is cũ & patrẽ vereret̃, & Glyceriũ deſerere parũ piũ iudicaret, pendet animi nec habet quò ſe vertat. Ibi Dauus intelligẽs ſimulari rẽ à patre, cõſulit herili filio, vt polliceatur pr̃i ſe in eius ptãte futurũ: periculi nihil eſſe, qñquidẽ ſimulent̃ nuptię. Filius obſequit̃, q̃quã ægiè: pollicet̃ patri, ductururũ ſe quã vellet.

EPITASIS.

Intereà ſpargitur de Pãphili nuptiis rumor: reſciſcũt & mulierculæ, quibus cũ Glycerio cõſuetudo erat. Et pater cũ à filio, qđ voluerat, extorſiſſet, non iam ſimulat rem, ſed ſerio fabulã orditur. Chremetẽ orat, vt gnatã det vxore ſuo filio. Facilè impetrat. Hic de Pãphilo actũ fuit: maturare nuptias pater ſtudet: & filius pollicitus erat, ſe in patris poteſtate futurũ eſſe. Quæſo, quomodo ex his turbis ſe explicet? quid faciat Pamphilus? Hic Dauus, cuius imprudentia periculum contractum erat, cum dolus nõ ſucceſſiſſet, Chremetem deterret à nuptiis, fidem̃ faciens amari aliam à Pamphilo.

CATASTROPHE.

At pater rẽ vrget: & ꝓceſſiſſet, niſi caſus, qui ſępe plus valet, q̃ ratio, dubiis rebus opẽ attuliſſet. Venit quiſpiã Crito, q̃ docet, Glyceriũ Chremetis filiã eſſę. gratum omnibus nuntium. Nuptiæ ex ſententia Pamphili conficiuntur. Vide ex quanto periculo, caſu euaſerit Pamphilus.

Eſt aũt in more Terentio, in prima ferè ſcena lõga narratione cõmemorare occaſionẽ fabulę, atq; eas narrationes plurimi fecerunt veteres. Sic ĩ Andria exponit Pãphili amores, & pr̃is cõſiliũ, quo is filium à Glycerio diuulſurus erat. In

reliquis ſcenis pergit conſilium exequi. Sunt aſperſa narrationi illi primæ multa rhetorica ornamenta. Eſt enim mirabiliter aucta commemoratione morum, ſtudiorum, ſodalitii Pamphili, qua occaſione Pamphilus deperire in Glycerium cœperit, vbi pater id primum deprehéderit. Hęc accuratè expédet profeſſor, & velim hic immodicè ét anxium eſſe, καὶ πολυπραγμονεῖν interpretem. Eſt enim modis omnibus efficiendum, vt mirentur, vt ament hunc auctorem pueri. Id ita fiet, ſi rectiſſimè intellexerint. Exigendum ab ipſis pueris, vt ſuo Marte argumenta fabularum condant, vt locos aliquos retexant & pluribus exponant, & tanquam ceram refingant: quæ exercitatio prærerquam q̧ familiariorem hunc poetam facit, facundiam etiam alit. Finguntur hic cordati ſenes: Dauus veterator: honeſta ac pia mente præditus adoleſcens Pamphilus. Verùm vt Pamphili ingenium rectius perſpici poſſet, & vt aliquantò plus in fabula turbæ eſſet, confertur cum eo Charinus Pamphili diſſimilimus: nihil moderatum in hoc, nihil conſilij: contrà in illo moderatiora omnia, penè quam vel ętas poſcit, vel ſinit amor.

In primis mirantur eloquentiam poetæ in Pamphili querelis, in ſenis narrationibus, cōſultationis. & obiurgationibus. Ab his exemplis & verba, & figuras Latini ſermonis, & dicendi rationem aſſueſcant petere adoleſcétes: feliciùs haud dubiè collocaturi operam, quàm ſi intereà velut formicæ Indicæ aurum conueherent.

FABVLAE INTERLOQVVTORES.

SIMO, ſenex.	BYRRHIA, ſeruus.
SOSIA, libertus.	LESBIA, obſtetrix.
DAVVS, ſeruus.	GLYCERIVM, meretrix.
MYSIS, ancilla.	CHREMES, ſenex.
PAMPHILVS, adoleſcés.	CRITO, hoſpes.
CHARINVS, adoleſcés.	DROMO, lorarius.

C. SVLPICII APOLINARIS PERIOCHA.

Iambici trimetri.

SORORE M falsò creditam meretriculæ,
Genere Andriæ, Glycerium vitiat Pamphilus:
Grauidaq́; facta, dat fidem vxorem ſibi
Fore hanc: nam aliam pater ei deſponderat,
Gnaram Chremetis, atq; vt amorem comperit.
Simulat futuras nuptias, cupiens, ſuus
Quid haberet animi filius, cognoſcere.
Daui ſuaſu non repugnat Pamphilus,
Sed ex Glycerio natum vt vidit puerulum
Chremes, recuſat nuptias, generum abdicat:
Mox filiam Glycerium imperatò agnitam,
Dat Páphilo hanc, aliam Charino coniugem.

A N-

ANDRIAE TE-
RENTII.

ACTA LVDIS MEGALENSIB. M. FVLVIO, ET M. GLABRIONE AEDILIB. CVRVLIB. EGERVNT L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATILIVS PRAENESTINVS, MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII, *TIBIIS PARIB. DEXTRIS, ET SINISTRIS. ET EST TOTA GRAECA, EDITA. MARCEL. CN. SVLP. COSS. ANNO AB VRBE CONDITA D. LXXXVIII.

*Vide Petri Nani Miſce. lib. 1.

*PROLOGVS.

Iambici trimetri.

POETA cùm primùm animum ad ſcribendum appulit,
Id ſibi negoti'credidit ſolũ dari,
Populo vt placerent, quas feciſſet fabulas:
Verùm aliter euenire multo intelligit:
Nã in prologis ſcribundis operam abutitur.
Non qui argumentũ narret, ſed qui maleuoli
Veteris poetæ maledictis reſpondeat.
Nunc, quã rẽ vitio debet, q̃ſo aĩum aduortite.
*Menander fecit Andriam, & Perinthiam.
Qui vtramuis rectè norit, ambas nouerit:
Non ita diſſimili ſunt argumento, ſed tamen
Diſſimili oratione ſunt facta, ac ſtylo,
Quæ conuenere, in Andriam ex Perinthia
Fatetur tranſtuliſſe, atque vſum pro ſuis.
*Id iſti vituperant factũ: atque in eo diſputãt,
Contaminari non decere fabulas.

** Prologus hic relatiuus eſt quando maledicta in aduerſarium regeruntur. Exordium. cogi ſe ad reſpondendum aduerſario.*

** Vitium poeta obiectum.*

** Operam, legit Diomed.*

** Narratio.*

** Iſti id*

Fa-

Faciuntne intelligendo, vt nihil intelligant
*Qui cùm hunc accuſant, Næuium, Plautum, Ennium
Accuſant: quos hic noſter auctores habet:
Quorum emulari exoptat negligentiam
Potius, quàm iſtorum obſcuram diligẽtiam.
Dehinc. vt quieſcant porrò, moneo, & deſinant
Maledicere, malefacta ne noſcant ſua.
*Fauete, adeſte ęquo aío, & rem cognoſcite,
Vt pernoſcatis, ecquid ſpei ſit reliquum,
Poſthac quas faciet de integro Comœdias,
Spectandæ, an *exigendæ ſint vobis prius.

ACTVS I. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Simo narrat liberto primùm honeſtam filij vitã: deinde amatoriam. Ad poſtremum ẽt aperit, quo cõſilio ſe daturum illi vxorem ſimulare ſtatuerit.

Iambici trimetri.

SIMO, SOSIA.

*Vos iſthæc intro auferte: abite. Soſia,
Adeſdum, paucis te volo. So. dictum puta:
Nempe vt curentur rectè hæc. SI. imò aliud. So. quid eſt.
Quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius?
SI. Nihil iſthac opus ẽ arte ad hãc rẽ, quã paro
Sed his, quas ſemper in te intellexi ſitas,
Fide, & taciturnitate. SO. expecto, quid velis.
SI. * Ego poſtq̃ te emi à paruulo, vt ſemper tibi
Apud me iuſta, & clemens fuerit ſeruitus,
Scis. feci, è ſeruo vt eſſes libertus mihi,
Propterea quòd ſeruibas liberaliter,
Quod habui ſummũ pretium, perſolui tibi.
So. In memoria habeo. SI. haud * muto factum. So. gaudeo,
Si tibi quid feci, aut facio, qđ placeat Simo: &

** Purgat exemplis.*
** Modeſta maledictorũ imprecatio.*
** Ab auditoribus fauorẽ captat.*
** Exigendæ, id eſt, explodendæ vt in Hecyra. Partim ſum earum exactus*
** Hic protatica perſona inducitur, Soſia ſcilicet, quæ deinceps nuſquam apparet.*
** Exordij beneuolentia à meritu captatur.*
** Muto, id eſt reprehendo. Nãn. Miſc. lib. 4.*

Id gratum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiam.
Sed mihi hoc moleſtum eſt: nã iſtęc cõmemora
Quaſi exprobratio eſt ĩmemoris benefici. (tio,
Quin tu vno verbo dic, quid eſt quod me velis.
SI. Ita faciam: hoc primũ in re hac prędico tibi,
Quas credis eſſe has, non ſunt veræ nuptiæ.

** Propoſitio conſilij.*

SO. Cur ſimulas igitur? SI.* rem omnem à principio audies.
Eo pacto & gnati vitam, & conſilium meum
Cognoſces, & quid facere in hac re te velim.

** Narratio, quæ exponit amores gnati, et conſiliũ ſuum de nuptijs. Eſt autem amplificata narratio occaſionibus omnibus.*

*Nam is poſtquàm exceſſit ex ephebis Soſia,
Liberiùs viuendi fuit poteſtas. nam anteà
Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere,
Dum ætas, metus, magiſter prohibebãt? SO. ita eſt
SI. Quod plerique omnes faciunt adoleſcẽtuli,
Vt aĩum ad aliquod ſtudiũ adiũgãt, aut equos
Alere, aut caneis ad venandũ, aut ad* philoſo-
Horum ille nihil egregiè præter cætera, (phos.
Studebat: & tamen omnia hæc mediocriter.
Gaudebam. SO. non iniuria: nam id arbitror
Apprimè ĩ vita eſſe vtile. VT NE QVID NIMIS

** Eclipſis eſt Terentiana: poteſt enim ſub intelligi, animum applicare, adire.*

SI Sic vita erat: facilè omneis perferre ac pati:
Cum quib⁹ erat cumq; vnà, his ſeſe dedere.
Eorum obſequi ſtudiis, aduerſus nemini,
Nunquam pręponens ſe illis: ita, vti facilimè
Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares.
SO. Sapienter vitam inſtituit: namq; hoc tẽpore
OBSEQVIVM AMICOS, veritas odiũ pa-
SI. Intereà mulier quædã abhinc trienniũ. (rit.
Ex Andro commigrauit* huic viciniæ,
Inopia, & cognatorum negligentia
Coacta, egregia forma, atq; ætate integra.
SO. Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.
SI. *Primùm hæc pudicè vitã, parcè, ac duriter
Agebat, lana, ac tela victum quæritans.

** huc.*

** Nemo repẽtè fuit turpiſſimus: gradatim enim in vitia labimur.*

Sed

Sed poſtquàm amans acceſſit, pretiũ pollicens,
Vnus, & item alter, ita vt ingeniũ eſt omniũ
Hominum à labore procliue ad lubidinem,
Accepit conditionem: dein quęſtum occipit.
Qui tum illam amabant, fortè, ita vt fit, filium
Perduxere illuc ſecum, vt vnà eſſet, meum.
*Egomet continuò mecum: certè captus eſt:
Habet. *obſeruabam mane illorum ſeruulos
Venienteis, aut abeunteis: rogitabã, heus puer,
Dic ſodes, q̃s heri Chryſidẽ habuit? nã Andriæ
Illi id erat nomẽ. so. teneo. s. Phędrũ, aut Cliniã
Dicebant, aut Niceratum; nã hi tres tũ ſimul
Amabãt: ehò, quid Pamphilus? quid* ſymbolũ
Dedit, cęnauit. gaudebam. item alio die
Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilũ
Quidquam attinere: enimuero *ſpectatũ ſatis
Putabam, & magnum exemplum *continẽtiæ.
Nam qui cum ingeniis conflictatur eiuſmodi,
Neque commouetur animus in ea re tamen,
Scias poſſe habere iam ipſum ſuæ vitæ modũ.
Cùm id mihi placebat, tum vno ore omnes* omnia
*Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.
Quid verbis opus eſt, hac fama impulſus Chremes,
Vltrò ad me venit, vnicam gnatam ſuam
Cum dote ſumma filio vxorem vt daret.
Placuit, deſpondi, hic nuptiis dictus eſt dies.
so. Quid igitur obſtat, cur nõ verè fiat? s. audies
Ferè in diebus paucis, quibus hæc acta ſunt,
Chryſis vicina hæc moritur. so. ò factũ bene:
Beaſti: metui à Chryſide. s. ibi tum filius
Cum illis, qui amabant Chryſidem, vnà aderat frequens,

Eclipſis.

** Sedulitas paterna erga filium.*

** Symbolus, ſymbola, vel ſymbolũ, eſt paruum numiſma aut ſignum aliquod, vt annulus.*

Επιφώνημα

** Pamphili continentia.*

** Scoppa in Appendice Collectaneorum cap. 7. omnia.*

**Bene ominãtis vox, quod Græci vnico verbo* Εὐφημεῖν *offerunt. Vide Nãnij. Miſcel. li. 1.*

Cu-

Curabat vnà funus: triſtis interim,
Nõnunquã collacrumabat: placitũ id mihi.
Sic cogitabam: hic paruæ conſuetudinis
Cauſa mortem huius tam fert familiariter:
Quid, ſi ipſe amiſſet? q̃d hic mihi faciet patri?
Hæc ego putabam eſſe oĩa * humani ingenii?
Mãſuetiq; animi officia. quid multis moror?
Egomet quoque eius cauſa in funus prodeo,
Nihil ſuſpicans etiam mali. So. hem, quid eſt?
SI. ſcies.
Effertur: *imus. intereà inter mulieres,
Quæ ibi aderant, fortè vnam aſpicio adoleſcentulam.
Forma, so. bona fortaſſe. SI. & vultu Soſia
Adeò modeſto, adeò venuſto, vt nihil ſuprà,
Quia tum mihi lamentari præter cæteras
Viſa eſt, & quia erat fortuna præter cæteras
Honeſta, & liberali, accedo ad pediſequas.
Quæ ſit, rogo. ſororem eſſe aiunt Chryſidis.
Percuſſit illico animum. at at, hoc illud eſt.
Hinc illæ lacrumæ, hæc illa eſt miſericordia
So. Quã timeo, quorsũ euadas. SI. funus ĩterim
Proceditur: ſequimur: ad ſepulcrũ venimus:
In ignẽ impoſita eſt, fletur. intereà hæc ſoror,
Quam dixi, ad flãmam acceſſit imprudentius,
Satis cũ periclo. ibi tum exanimatus Pãphilus
Bene *diſſimulatũ amorem, & celãtum indicat:
Accurrit: mediam mulierem complectitur.
Mea Glyceriũ, inquit, q̃d agis? cur te is p̄ditũ?
Tũ illa vt conſuetũ facile amorem cerneres,
Reiecit ſe in eum, flens quàm familiariter.
So. Quid ais? SI. redeo ĩde iratus, atq; ægrè ferẽs
Nec ſatis ad obiurgandum cauſæ. diceret,
Quid feci? quid comerui, aut peccaui pater?
Quæ ſeſe in ignem iniicere voluit, prohibui,
Seruaui,

Simo humanitati falsò adſcripſit, quod erat amoris.

** Mira orationis breuitas.*

Δοκτικά.

**Amor Pãphili erga Glycerium proditur.*

Seruaui,honeſta oratio eſt.so. recte putas:
Nam ſi illum obiurges, vitæ qui auxiliũ tulit:
Quid facias illi,qui dederit damnũ, aut malũ?
si.Venit Chremes poſtride ad me,clamitans,
Indignum facinus,comperiſſe, Pamphilum,
Pro vxore habere hãc peregrinã. ego illud ſedu (lò
Negare factum.ille inſtat factum.denique
Ita tum diſcedo ab illo,vt qui ſe filiam
Neget daturum.so.non tu ibi*gnatum? si.ne
hæc quidem
Satis vehemẽs cauſa ad obiurgandũ.so. q cedo?
si.Tute ipſe his rebus finem*pręſcripſti pater:
Propè adeſt,cũ alieno more viuendũ eſt mihi:
Sine nunc meo me viuere intereà modo.
so.Quis igitur relictus eſt obiurgandi locus?
si.*Si propter amorem vxorem nolit ducere,
Ea primùm ab illo animaduertẽda iniuria eſt.
Et nunc id operam do, vt per falſas nuptias
Vera obiurgandi cauſa ſit,ſi deneget:
Simul ſceleratus Dauus,ſi quid conſilii
Habet,vt conſumat nunc,cũ nihil obſint doli:
Quẽ ego credo manibus, pedibusq; obnixè oĩa
Facturũ,magis id adeò, mihi vt incommodet,
Quàm vt obſequatur gnato. so. quapropter?
SIMO.rogas?
*Mala mens, malus animus. quem quidẽ ego
ſi*ſenſero.
Sed quid opꝰ eſt verbis?ſin eueniat,quod volo,
In Pamphilo vt nihil ſit moræ:reſtat Chremes
Qui mihi exorandus eſt.& ſpero confore.
Nunc tuum eſt officium,has bene vt aſſimules
nuptias,
Perterrefacias Dauum,obſeruet filium,
Quid agat,quid cũ illo cõſilij captet.so.ſat eſt:
Curabo.eamus iam nũc intrò.si.i præ,ſequar.

*Chremes ag nerũ abdicat
*Eclipſis.
*Pierius præ ſcribſti legit Caſtigatio.in 2.Geor vir.
*Prudens Simonis conſilium.
*Argumentum à natura.
*Apoſiopeſis grauẽ pœnã minantis.

ACTVS I. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Filij amorem explorat pater: ſimulat futuras nuptias: interminatur Dauo piſtrinum, ſi quid fallaciæ in ipſis conatus fuerit nuptijs.

Iambici ſenarij & octonarij dimeter vnus, omnes acatalecti.

SIMO, DAVVS.

** Spargitur res in perſonas, & inſtitutum conſilium exequitur ſenex.*

*NON dubium eſt, quin vxorem nolit filius:
Ita Dauum modò timere ſenſi, vbi nuptias
Futuras audiuit. ſed ipſe exit foras.
DA. Mirabar. hoc ſi ſic abiret & heri ſéper lenitas
Verebar quorſum euaderet.
Qui poſtquam audierat non datum iri filio vxorem ſuo,
Nunquam cuiquam noſtrũ verbum fecit, neque id ægrè tulit.
SIMO. At nunc faciet, neque, vt opinor, ſine tuo magno malo.

**Callida Daui ſuſpicio.*

D. *Id voluit, nos ſic nec opinanteis duci falſo gaudio
Speranteis iã amoto metu, intereà oſcitanteis opprimi,
Ne eſſet ſpatiũ cogitandi ad diſturbandas nuptias:
Aſtutè. SI. carnufex quæ loquitur? DA. her⁹ eſt, neque* prouideram.

**Sic Horat. epi. li. 1. epi. 7. denique, quòd nõ prouidiſſet eũ.*

SI. Daue DA. hé qd eſt? SI. ehodũ ad me. D. quid hic vult? SI. quid ais? DA. qua de re? SI. rogas
Meum gnatum rumor eſt amare. DA. id populus curat ſcilicet.
SI. Hoccine* agis, an non? DA. ego verò iſtuc. SI. ſed nunc ea me exquirere.

**Agis, ideſt, audis: donatus alij, pro facis, poni cõtendunt.*

Iniqui patris eſt nam, quod ante hac fecit, nihil ad me attinet.
*Dum tempus ad eam rem tulit, ſiui, animum vt expleret ſuum.

**Indulgẽtia patris.*

Nunc

Nunc hæc dies aliam vitam affert, alios mores poſtulat.
Dehinc poſtulo, ſiue æquum eſt, te oro Daue, vt redeat iam in viam, *Eclipſis, deeſt enim, quæri.
Hoc quid ſit? omnes qui amāt, grauiter ſibi dari vxorem ferunt.
DA. Ita aiunt. SI. tum ſi quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum,
Ipſum animum ægrotum ad deteriorem partē plerunque applicat.
DA Non hercle intelligo. SI. non? hem. DA. nō. *Dauus ſum, non Oedipus. *Adagium, oedipus enim ſolus Spingis anigma ſoluit.
SI nēpe ergo apertè vis, quæ reſtant, me loqui? DA. ſane quidem.
SI. Si ſenſero hodie quidquā in his te nuptiis
Fallaciæ conari, quò fiant minùs:
Aut velle in ea re oſtendere, quam ſis callidus:
Verberibus cæſum te in piſtrinum Daue dedā vſque ad necem,
Ea lege, atq; omine, vt, ſi te inde exemerim, ego pro te molam.
Quid, hoc intellextin? an nondum etiā ne hoc quidem? DA. imò callide.
Ita apertè ipſam rem modò locutus, nil circuitione vſus es. (ludier.
SI. Vbiuis facili⁹ paſſus ſim, quā ī hac re, me de
DA. *Bona verba quæſo. SI. irrides? nihil me fallis: ſed dico tibi, *Bene ominantu. vidè Nan. Miſc. lib. 1.
Ne temere facias, neque tu haud dicas tibi non prædictum, caue.

ACTVS PRIMI, SCENA III.

ARGVMENTVM.

In hac ſcena deliberat Dauus, velitne Pamphilo eſſe adiutor, an auſcultare ſeni.

Iambici octonarij & ſenarij.

DAVVS.

**Conſultatio Daui, filium ne adiuuet an ſeni auſcultet.*

ENIMVERO Daue nihil loci eſt ſegnitiæ, neque ſocordiæ,
Quantum intellexi modò ſenis ſententiam de nuptiis.
Quæ ſi non aſtu prouidentur, me, aut herũ peſſundabunt.
Nec, quid agam, certũ eſt: Pamphilumne adiutem. an auſcultem ſeni.
Si illũ relinquo, eius vitæ timeo: ſin opitulor, huius minas:

** Verba dare, id eſt, decipere.*

Cui* verba dare difficile eſt. primùm iá de amore hoc comperit:
Me infenſus ſeruat, ne quam faciam in nuptiis fallaciam.
Si ſenſerit, perii: aut ſi lubitum fuerit, cauſam ceperit
Quo iure, quaq; iniuria præcipitem me in pistrinum dabit
Ad hæc mala hoc mihi accedit etiá: hęc Andria
Siue iſta vxor, ſiue amica é, grauida é Pãphilo
Audireq; eorũ eſt operæ pretium audaciá. (eſt

** Paronomaſia eſt quæ à Cicerone agnominatio dicitur.*

NAM inceptio eſt, amẽtium, haud* amantiũ.
Quidquid peperiſſet, decreuerunt tollere.
Et fingunt quandam inter ſe nunc fallaciam,
Ciuem Atticam eſſe hãc. fuit olim quidá ſenex
Mercator: nauem is fregit apud Andrũ inſulã.
Is obiit mortem: ibi tum hanc eiectá Chryſidis
Patrem recipiſſe orbam, paruam. fabulæ.
Mihi quidem hercle non fit veriſimile: atqui ipſis commentum placet.

** Hic paraſceue eſt, id eſt, præparatio ad aliam ſcenam.*

*Sed Myſis ab ea egreditur. at ego hinc me ad forum, vt
Conueniam Pamphilũ, ne de hac re pater imprudentem opprimat.

ACTVS

ACTVS I. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Narrat Miſis quamobrem a Glycerio exierit: & hic docet Terentius immoderatum vini vſum fugiendum eſſe ijs, qui ſerijs præſunt negotijs. Nihil eſt enim, quod rectè agi ab ebrio poßit.

Trochaici octonarij catalectici.

MYSIS.

AVDIVI Archylis, iamdudum Lesbiam adduci iubes.
Sanè pol illa temuléta eſt mulier, & temeraria:
Nec ſatis digna, cui committas primo partu mulierem.
Tamen eam adducam. importunitatem ſpectate aniculæ,
*Quia compotrix eius eſt Dii date facultatem obſecro
Huic pariundi, atq; illi in aliis potiùs peccandi locum.
Sed quidnam Pamphilum exanimatũ video? vereor quid ſiet:
Opperiar, vt ſciam, nunquidnã hæc* turba triſtitiæ afferat.

** Oeconomia expoſtulat, ut obſtetrix accerſatur, & conueniatur Pamphilus.*

** Argylis.*

** Apoſiopeſis.*

** Turba, id eſt, turbatio, contio.*

ACTVS I. SCENA V.

ARGVMENTVM.

Habet hæc ſcena Pamphili dolorem de nuptijs: ſidem Glycerio ſeruaturum pollicetur, vel inuito, ſi res ita exigat, patre.

Iambici, & trochaici octonarij, variè miſti, monometer vnus, & dimetri quatuor.

PAMPHILVS, MYSIS.

*HOCCINE EST humanum factum, aut inceptum? hoccine officium patris?
MY. Quid illud eſt?

Querela Pãphili. Pamphilus ob nuptias perturbatus.

PAM. Pro Deum, atq; hominum fidẽ: quid eſt,
ſi non hæc contumelia eſt?
Vxorem decrerat dare ſeſe mihi hodie: nonne
oportuit
Præſciſſe me antè? nonne prius communicatũ
oportuit?
MY. Miſeram me, quod verbum audio?
PAM. Quid? Chremes, qui denegarat ſe commiſ
ſurum mihi
Gnatam ſuam vxorẽ: id mutauit, quia me im-
mutatum videt.
*Itane obſtinate operam dat, vt me à Glicerio
miſerum abſtrahat?
Quod ſi fit, pereo funditus.
Adeon hominem eſſe* inuenuſtum, aut infeli-
cem quenquam, vt ego
Sum? pro Deum, atq; hominum fidem.
Nullon ego Chremetis pacto affinitatem effu-
gere potero?
Quot modis* contemptus, ſpretus? facta, tran-
ſacta omnia hem,
Repudiatus repetor. quamobrem? niſi ſi id eſt,
quod ſuſpicor:
Aliquid* monſtri alunt. ea quoniã nemini ob-
trudi poteſt,
Itur ad me. M. oratio hæc me miſeram exani-
mauit metu.
PAM. Nam quid ego dicam de* patre? ah
Tantamue rem tam negligenter agere? præte-
riens modò
Mihi apud forum, vxor tibi ducenda eſt Pam-
phile hodie, inquit: para,
Abi domum. id mihi viſu eſt dicere, abi citò, &
ſuſpende te.
*Obſtupui. cenſen vllũ me verbũ potuiſſe pro (loqui?
Aut

Ex abrupto incepit propoſitionẽ iniuriæ.
A patris perſona.

** Mirè poeta hic magnas turbas facit quo cataſtropha maiore gaudio compleãtur.*

**Id eſt, infortunatũ Nannius Miſcel. lib. 1.*

** Exageratur indignitas.*
Propria, & pathetica.

** Cõtumelia vehemens.*

**Parẽtis negligentiam carpit.*

** Ægrè amantes de re vxoria audiunt.*

**Vetuſtè.*

Aut vllam cauſam,ineptam ſaltem,falſam,ini
quam?obmutui.
* Quòd ſi ego reſciſſem id priùs, quid facerē?
ſi quis nunc me roget:
Aliquid facerem,vt hoc ne facerem.*ſed nunc
quid primùm exequar?
Tot me impediunt curæ,quæ meum animum
diuerſe trahunt:
Amor,miſericordia huius,nuptiarū ſolicitatio
Tum*patris pudor,qui me tam leni paſſus eſt
animo vſque adhuc,
Quæ meo cunque animo lubitum eſt,facere.ei
ne ego vt aduerſer?hei mihi,
Incertum eſt quid agam. M. miſera timeo,hoc
incertum quorſum accidat.
Sed nunc peropus eſt:aut hunc cū ipſa,aut me
aliquid de illa aduerſum hunc loqui.
Dum in dubio eſt animus, * paulo momento
huc,vel illuc impellitur.
P.Quis hic loquitur?Myſis ſalue.M.ò ſalue Pā-
phile.P.quid agit?M.rogas?
Laborate è dolore,*atq; ex hoc miſeria ſolicita
eſt,diem
Quia olim in hunc ſunt conſtitutæ nuptiæ: tū
autem hoc timet,
Ne deſeras ſe.P.hē, *egone iſthuc conari queā?
Ego propter me illam decipi miſeram ſinam?
Quæ mihi ſuū animū,atq; omnē vitā credidit:
Quam ego animo egregiè caram pro vxore ha-
buerim:
Bene, & pudicè eius doctū,atq; eductum,ſinā,
Coactum egeſtate ingenium, immutarier?
Non faciam.M.haud vereor,ſi in te ſolo ſit ſitū
Sed vim vt queas ferre.P. adeon' me ignauum
putas?

** Delibera-tio & eius partes.*
** Diſſolutio ſeu articulus deficiētibus copulis.*
Conſultatio ſequitur querelā,fingit enim cor datum adoleſcentem.
** Patris indulgentiam arguit.*
**Metaphora a mole ponderis in ſtatera pendentis.*
** Lenta, & mæſta reſpōſio.*
Magna vis eſt in pronominibus iſtu: nec,præcipitāter, ſed interruptè proferēda ſunt.

Confirmatio ab honeſto et totus locus mirè patheticus.

*Adeon' porrò ingratum, aut inhumanum aut ferum,
Vt neq; me cõſuetudo, neq; amor, neq; pudor
Commoueat, neq; commoneat, vt ſeruẽ fidem?
M. Vnum hoc ſcio, hanc meritã eſſe, vt memor eſſes, ſui.
P. Memor eſſem? ò Myſis Myſis, etiã nunc mihi
Scripta illa dicta ſunt in animo Chriſidis
De Glycerio. iam fermè moriens me vocat:
Acceſſi, vos ſemotæ, nos ſoli. incipit:

** Proſopopœia eſt, q́ principium à blãdimento.*

*Mi Pamphile, hius formam, atq; ætatẽ vides:
Nec clam te eſt, quam illi vtręq; res nũc vtiles
Et ad pudicitiam, & ad rem tutãdam ſient
Quod ego per hanc te dexteram oro, & genium tuum,
Per tuam fidem, perq́; huius ſolitudinem
Te obteſtor, ne abs te hãc ſegreges, neu deſeras,
Si te in germani fratris dilexi loco,

**maximum,*

Siue hæc te ſolum ſemper fecit* maximi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus,
Te iſti virum do. amicum, tutorem, patrem:
Bona noſtra hæc tibi cõmitto, tuæ mãdo fidei.
Hanc mihi in manum dat mors continuò ipſam occupat.
Accepi: acceptam ſeruabo. M. ita ſpero quidem.
P. Sed cur tu abis ab illa? M. obſtetricem acceſſo. * propera: atq; audin'?

** Concludit partem deliberationis ſua per electionem.*

Verbum vnum caue de nuptiis, ne ad morbũ hoc etiam. M. teneo.

ACTVS II. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Charinus intelligit Pamphilo nupturam Philumenam. Idem rogat Pamphilum, ne ducat. Hic Charinus, & Byrria fabulæ adijciuntur, ne ſpreta relinquatur Philumena.

Iambici

Iambici ſenarij, & octonarij, & vnus dimeter. Item Trochaici Iambicis permiſti.

CHARINVS, BIRRIA, PAMPHILVS.

*QVID ais Byrria? daturne illa hodie Pamphilo
Nuptū? A. ſic eſt. C. qui ſcis? B. apud forū modò
De Dauo audiui. C. væ miſero mihi, vt aīus in
Spe, atq; in timore vſq; antehac* attētus fuit,
Ita, poſtquàm adempta ſpes eſt, laſſus, cura cōfectus ſtupet.
B. *Quæſo* ędepol Charinè, quando nō poteſt id fieri,
Quod vis, id velis, quod poſſit. C. nihil aliud vo (lo, niſi
Philumenam. B. ah, quantò ſatius eſt,
Te id dare operam, qui iſtum amorem ex animo dimoueas tuo,
Quàm id loqui, quò magis lubido fruſtra incēdatur tua.
C. facilè omnes, cū valemus, recta conſilia ægrotis damus:
Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. B. agè agè, vt lubet. C. ſed Pamphilum
Video. omnia experiri certum eſt priùs, quàm pereo, B. quid hic agit?
C. Ipſum hūc orabo, huic ſupplicabo, amorem huic narrabo meum:
Credo impetrabo, vt aliquot ſaltem nuptiis* prodat dies.
Intereà fiet aliquid, ſpero. B. id aliquid nihil eſt. C. Byrria,
Quid tibi videtur? adeon' ad eum? B. quid? niſi nihil impetres,
Vt te arbitretur ſibi paratum mœchum, ſi illā duxerit. (ſcelus.
C. Abi hinc in malam rem cū ſuſpicione iſtac,

** Hic velut omiſſo argumēto prīcipali admiſcet Charinū, vt plus in fabula ſit turba.*

** Vide Nan. Miſc. lib. 1.*

** Sanum Byrrhiæ conſiliū attēdant tū amatores tū phyſici.*

** Alij edepol, ecaſtor, ecere abſque diphtōgo ſcribunt.*

** Sic Donatus, & Nannius.*

P. Cha-

**Artificioſè conſiliū poſtponit.*

P.Charinnm video:ſalue.C. ò ſalue Pamphile.
Ad te venio ſpem, ſalutem, auxilium, *conſiliū
expetens.
P. Neque Pol conſilii locum habeo, neque auxi
lii copiam‿.
Sed iſtuc quidnam eſt? C. hodie vxorem ducis?
P.Aiunt.C.Pamphile‿,
Si id facis, hodie poſtremùm me vides. P. quid
ita? C. hei mihi,
Vereor dicere: huic dic quæſo Byrrhia. By. ego
dicam. P. quid eſt?
B. ſponſam hic tuam amat. P. næ iſte haud me-
cum ſentit. ehodum dic mihi,
Num quidnam ampliùs tibi cum illa fuit Cha
rine? CH. ah. Pamphile‿,
Nihil. P. *quàm vellem. CH. nunc te per amici-
tiam & per amorem obſecro,
Principiò vt ne ducas. P. dabo equidem operá.
CH. ſed ſi id non potes,
Aut tibi nuptiæ hæ ſunt cordi. P. cordi? CH. ſal-
tem aliquot dies
Profer, dum proficiſcor aliquò, ne videam. P.
audi nunc iam‿:
Ego, Charine, neutiquam officium eſſe liberi
puto,
Cum is nihil * promereat, poſtulare id gratiæ
apponi ſibi.
Nuptias effugere ego iſtas malo, quam tu adi-
piſcier.
C. Reddidiſti animum. P. nūc ſi quid potes aut
tu, aut hic Byrrhia,
*Facite, fingite, inuenite, efficite, q̧ detur tibi:
Ego id agam, mihi qui ne detur. C. ſat habeo. P.
Dauum optume‿
Video, cuius conſilio fretus ſum. C. at tu hercle
haud

** Scilicet abs te eſſe cognitam.*

**Promereat, p promereatur, quod & Seruius in 6. Æn. agnoſcit.*

** Mirè exprimit affectū nuptias recuſantis.*

· haud*quidquam mihi'
Niſi ea,quæ nihil opus ſunt ſcire'fugin'hinc?
B.ego verò ac lubens.

*Eclipſis,ſcilicet,dicis.

ACTVS II. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Dauus cùm ex varijs coniecturis,& ſignis comperiſſet nuptias non cohærere, Pamphilum toto quærens oppido,exultat inſolentius.

Trochaici Tetrametri catalectici.

DAVVS, CHARINVS, PAMPHILVS.

DII boni, boni quid*porto?ſed vbi inueniā Pamphilum,
Vt metum,in quo nunc eſt,adimam, atque expleam animum gaudio?
C.Lętus eſt,neſcio quid.PAM.nihil eſt : nondū hæc reſciuit mala.
DA.Quem ego nunc credo, ſi iam audierit ſibi paratas nuptias.
CA.Audin'tu illum?DA. toto me oppido exanimatum quærere.
Sed vbi quæram? aut quò nunc primùm intendam.CA.ceſſas alloqui
D.*Abeo.P.Daue ades,reſiſte.D.*quis homo eſt qui me?ò Pamphile,
Teipſum quæro euge,ò Charine:ambo opportunè:vos volo.
P.*Daue,perii.D.quin tu hoc audi.P.interii.D.quid timeas,ſcio.
C.Mea quidem hercle certè in dubio vita eſt.D.*& quid tu ſcio.
P.Nuptiæ mihi.D.*& id ſcio.P.hodie.D. obtundis,tametſi intelligo
Id paues , ne ducas tu illam:tu autem , vt ducas.C.rem tenes.

** Portamus, et corpore,et animo. Recto ordine priùs metus tollitur,quā gaudium infundatur.*
**Habeo Donatus, vt ſit deliberationis cōcluſio.*
** Seruiliter exultat Dauus:idq́, vice exordij ē.*
**Mira copēdia cōtrahit hic poeta , nec tamē affectus perſonarū perdit.*
**Et quid tu, ſcio,deeſt,timeas.*
**Bemb.& ſi, ſcio.*

* *Propoſitio.* P. Iſtuc ipſum. D. *atq; iſtuc ipſum, nihil periclieſt me vide.

**Perfecta ſecuritas liberatio vocatur, ideo dicitur, Libera me.*

P. Obſecro te, quàm primùm hoc* me libera mi ſerum metu. D. hem,
Libero: vxorem tibi iam non dat Chremes. P. qui ſcis? D. ſcio.
Tuus pater modò me prehendit: ait tibi vxoré dare ſe
Hodie: item alia multa, quę nunc nõ eſt narrádi locus.
Continuò ad te properans percurro ad forum, vt dicam tibi hæc.
Vbi te non inuenio, ibi aſcendo in quendam excelſum locum:
Circunſpicio: nuſquam fortè ibi huius video Byrrhiam:

* *Mira, & imitāda breuitas: συναθροισμός.*

**Rogo, id eſt, interrogo.*

*Rogo: negat vidiſſe. mihi moleſtũ. quid agam cogito.
Redeunti intereà ex ipſa re mihi incidit ſuſpicio hem,
Paululũ obſoni', ipſus triſtis, de improuiſo, nuptiæ?
C. Non cohęrent. P. quorſumnã iſtuc. D. egomet continuò ad Chremem.
Cùm illò aduenio, ſolitudo ante oſtium: iam id gaudeo.

* *Calidũ Dauifactum.*

* *Nota argumentum a ſequentibus.*

C. Rectè dicis. P. perge. D. *maneo: intereà introire neminem
Video, *exire neminem, matronam nullam. in ædibus
Nihil ornati, nihil tumulti. acceſſi intro aſpexi. P. ſcio.
Magnum ſignũ. D. num videtur conuenire hęc nuptiis?
P. Non, opinor Daue. D. opinor, narras? non rectè accipis

* *Don. Chremi.*

Certa res eſt. etiam puerum inde abiens conueni*Chremis,

. Olera, & piſciculos minutos ferre obulo in cœ
nam ſeni.
C. Liberatus ſum Daue hodie tu pauper. DA. a
*nullus quidem.
C. Quid ita? nempe huic prorſus illam nō dat.
D. ridiculum *caput:
Quaſi neceſſe ſit, ſi huic non dat te illam vxo-
rem ducere.
Niſi *vides, niſi ſenis amicos oras, *ambis. CA.
bene mones.
Ibo, etſi hercle ſæpè iam me ſpes hæc fruſtra
ta eſt vale.

ACTVS II. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Suadet Pamphilo, atque etiã perſuadet Dauus, vt patri dicat, vxorem ſe ducturum.

Trochaici tetrametri catalectici, Iambici, ſenarij, & octonarij acatalectici.

PAMPHILVS, DAVVS.

*QVID igitur ſibi vult pater, cur ſimulat? DA.
*ego dicam tibi.
Si id ſuccenſeat nunc, quia non det tibi vxorē
Chremes
Ipſus ſibi eſſe iniuri⁹ videatur: neq; id iniuria,
Priùs, quàm tuum vt ſeſe habeat, animum ad
nuptias perſpexerit. (ret:
Sed ſi tu negaris ducere, ibi culpam in te trāsfe
Tum illæ turbę fient. P. quid? vis, patiar? DA. pa
ter eſt Pamphile.
Difficile eſt. tū hæc ſola eſt mulier. *dictum ac
factum inuenerit
Aliquam cauſam, quamobrem eiiciat oppido.
P. eiiciat. D. citò,
P. Cedò igitur, quid faciã, Daue? D. dic de ductu
rum. P. hem. D. quid eſt?

P. Egone

**Nullus, pro non. Ita in Et act. 2. Sc. Hac. Act. 1. Sc. 2. nullus dixeru.*

**Eclipſis, deeſt enim, nihil efficies.*

** Hac in manu ſcriptu cũ ſuperioribus coniũcta ſunt.*

**Cogitabundus, et ſtomachosè hac dicit. Sic Virg. 6. Æn. Quid vult concurſus ad amnem:*

**Conſiliũ ſerui, quo Pamphilus ĩſciẽs in periculũ conijcitur.*

**Dictũ ac factũ, id eſt, celeriter.*

ἅμα ἔπος ἅμα ἔργον.

P. Egone dicam? D. cur non? P. nunquam faciã.
D. ne nega.
P. Suadere noli. G. ex eá re quid fiat, vide—.
*Vt ab illa excludar, *huc cõcludar. D. nõ ita ẽ.
Nempe hoc ſic eſſe opinor dicturum patrem.
Ducas volo hodie vxorem. tu, ducam, inquies.
Cedò, quid iurgabit tecum? hic reddes omnia,
Quæ nunc ſunt certa ei cõſilia, incerta vt fiẽt,
Sine omni periculo: nam hocce haud dubium
eſt quin Chremes

*Vide Nannũ Miſcell. lib. 1.

Tibi nõ det gnatam: nec tu ea cauſa *minueris
Hæc, quæ facis, ne is ſuam mutet ſententiam.
Patri dic velle: vt, cùm velit, tibi iure iraſci nõ
queat.
Nam quod tu *ſperas, propulſabo facilè. vxorẽ
his moribus

*Speras, id eſt times. Virgil. 1. Æn. At ſperate Deos.

Dabit nemo. inueniet inopem potiùs, te corrũ
pi ſinat.
Sed ſi te æquo animo ferre accipiet, negligentẽ
feceris.
Aliam otioſus quæret: intereà aliquid acciderit
boni.
P. Itane' credis? D. haud dubium id quidem eſt.
P. vide, quò inducas. D. quin taces?
P. Ducam. puerum autẽ ne reciſcat mihi ex illa
*cautio eſt.

*Cautio eſt, ideſt, cauendum eſt Donat.

Nam pollicitus ſum ſuſcepturum. D. ò facinus
audax. P. hanc fidem—
Sibi, me obſecrauit, qui ſe ſciret nõ deſerturũ,
vt darem—.
D. *Curabitur. ſed pater adeſt: caue te eſſe triſtẽ
ſentiat.

*Curabitur, imperſonaliter, tanquã, arduum, & graue.

ACTVS II. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Hac ſcena conſiliorũ executionẽ habet. Monet. Pã philum

philum Dauus, apud patrem ne titubet, ſed animo præſenti loquatur.

Iambici trimetri.

SIMO, DAVVS, PAMPHILVS.

REVISO quid agant, aut quid captēt cōſilii.
D. Hic nūc nō dubitat, quin te ducturū neget.*
*Venit meditatus alicunde ex ſolo loco,
Orationem ſperat inueniſſe ſe,
Qua* differat te. proin' tu face, apud te vt ſies.
P. Modò vt poſſim Daue, D. crede inquam, hoc mihi Pamphile,
Nunquam hodie tecū * commutaturum patrē
Vnum eſſe verbum, ſi te dices ducere.

** Actio tribus rebus conſtat, S, cogitando, dicendo, gerendo.*

**Differat, id eſt, diſturbet.*

**Cōmutare verba, eſt pro bonis dictis mala ingerere.*

ACTVS II. SCENA V.

ARGVMENTVM.

Pamphilum Byrrhia obſeruat: idem Pamphilus patri reſpondet, ſe facturum quæ volet ille omnia: Charino eadem renuntiat Byrrhia.

Iambici ſenarij.

BIRRIA, SIMO, DAVVS, PAMPHILVS.

*HERVS me, relictis rebus, iuſſit Pamphilum
Hodie obſeruare: vt, quid ageret de nuptiis,
Scirem. id propterea nunc hunc venientem ſequor.
Ipſum adeò præſtò video cum Dauo. hoc agā.*
S. Vtrunque adeſſe video. D. hem ſerua. S. Pamphile.
D. Quaſi de improuiſo reſpice ad eum. P. hem pater
D. probè. S. hodie vxorem ducas, vt dixi volo.
B. Nunc noſtræ parti timeo, quid hic reſpondeat.
PAM.*Neque iſtic, neque alibi tibi vſquā erit in me mora. B. hem.
D. Obmutuit. B. quid dixit? S. facis, vt te decet.

** Iterum mirè, cùm oēs cōſultiſſimè ſibi agere videantur, oēs inopinato rerum exitu ludificātur.*

**Vafrum Pāphili reſponſum.*

Cùm

P. Egone dicam? D. cur non? P. nunquam faciã.
D. ne nega.
P. Suadere noli. D. ex ea re quid fiat, vide.
*Vt ab illa excludar, 'huc cõcludar. D. nõ ita ẽ.
Nempe hoc ſic eſſe opinor dicturum patrem.
Ducas volo hodie vxorem. tu, ducam, inquies.
Cedò, quid iurgabit tecum? hic reddes omnia,
Quæ nunc ſunt certa ei cõſilia, incerta vt fiẽt,
Sine omni periculo: nam hocce haud dubium
eſt quin Chremes
Tibi nõ det gnatam: nec tu ea cauſa *minueris
Hæc, quæ facis, ne is ſuam mutet ſententiam.
Patri dic velle: vt, cùm velit, tibi iure iraſci nõ
queat.
Nam quod tu *ſperas, propulſabo facilè. vxorẽ
his moribus
Dabit nemo. inueniet inopem potiùs, te corrũ
pi ſinat.
Sed ſi te æquo animo ferre accipiet, negligentẽ
feceris.
Aliam otioſus quæret: intereà aliquid accide-
rit boni.
P. Itane credis? D. haud dubium id quidem eſt.
P. vide, quò inducas. D. quin taces?
P. Ducam. puerum autẽ ne reciſcat mihi ex illa
*cautio eſt.
Nam pollicitus ſum ſuſcepturum. D. ò facinus
audax. P. hanc fidem
Sibi, me obſecrauit, qui ſe ſciret nõ deſerturũ,
vt darem.
D. *Curabitur. ſed pater adeſt: caue te eſſe triſtẽ
ſentiat.

ACTVS II. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Hæc ſcena conſiliorũ executionẽ habet. Monet Pã
philum

*Vide Nannũ Miſcell. lib. 1.

*Speras, id eſt times. Virgil. 1. Æn. At ſperate Deos.

*Cautio eſt, ideſt, cauendum eſt Donat.

*Curabitur, imperſonaliter, tanquã arduum, & graue.

philum Dauus,apud patrem ne titubet, ſed animo præſenti loquatur.

Iambici trimetri.

SIMO, DAVVS, PAMPHILVS.

REVISO quid agant,aut quid captét cõſilii.
D.Hic nũc nõ dubitat, quin te ducturũ neget.*
*Venit meditatus alicunde ex ſolo loco,
Orationem ſperat inueniſſe ſe,
Qua*differat te.proin' tu face,apud te vt ſies.
P.Modò vt poſſim Daue,D.crede inquam, hoc mihi Pamphile,
Nunquam hodie tecũ * commutaturum patrẽ
Vnum eſſe verbum,ſi te dices ducere.

Actio tribus rebus conſtat, S,cogitando,dicendo,gerendo.

**Differat,id eſt,diſturbet.*

**Cõmutare verba, eſt pro bonis dictis mala ingerere.*

ACTVS II. SCENA V.

ARGVMENTVM.

Pamphilum Byrrhia obſeruat: idem Pamphilus patri reſpondet, ſe facturum quæ volet ille omnia: Charino eadem renuntiat Byrrhia.

Iambici ſenarij.

BIRRIA,SIMO, DAVVS, PAMPHILVS.

*HERVS me,relictis rebus,iuſſit Pamphilum
Hodie obſeruare:vt, quid ageret de nuptiis,
Scirem.id propterea nunc hunc venientem ſequor.
Ipſum adeò præſtò video cum Dauo. hoc agã.
S.Vtrunque adeſſe video.D.hem ſerua.S.Pamphile.
D.Quaſi de improuiſo reſpice ad eum. P. hem pater
D.probè.S.hodie vxorem ducas, vt dixi volo.
B.Nunc noſtræ parti timeo, quid hic reſpondeat.
PAM.*Neque iſtic, neque alibi tibi vſquã erit in me mora.B.hem.
D.Obmutuit.B.quid dixit?S.facis, vt te decet.

** Iterum mirè, cùm oẽs cõſultiſſimè ſibi agere videantur, oẽs inopinato rerum exitu ludificãtur.*

**Vafrum Pãphili reſponſum.*

Cùm

Cùm iſtuc, quod poſtulo impetro cum gratia.
D.Sũ verus' B.herus quãtũ audio,vxore excidit.
S.I iam nunc intrò ne in mora,cũ op⁹ ſit,ſies.
Ἐπιφώνημα. P.Eo.B.*nullane in re eſſe homini cuiquã fidẽ?
Sic Virgilius Verum illud verbum eſt volgò quod dici ſolet
4.Æn. OMNES SIBI malle meliùs eſſe,quã alteri.
Nuſquã tuta fides. Iuuenal. Frõti nulla fides. Ego illam vidi virginem:forma bona
Memini videre:quo æquior ſum Pamphilo,
Si ſe illã in ſomnis,quã illũ, amplecti maluit.
Renunciabo,vt pro hoc malo, mihi det malũ.

ACTVS II. SCENA VI.

ARGVMENTVM.

In hac ſcena Dauus Simonem, & Dauum Simo fallit: quæ res non iniucunda eſt.

Eiuſdem metri.

DAVVS, SIMO.

Dauus ita loqui videtur, vt ſpectator tantũ audiat, ſic tamen ait, vt velit audiri a Simone.

*HIC nũc me credit aliquam ſibi fallaciam
Portare,& ea me hic reſtitiſſe gratia:
S.Quid Dauus narrat?D.æque quidquam nunc quidem.
S.Nihil ne?hem.D.nihil prorſus.S. atqui expectabam quidem.
D.Præter ſpem euenit,ſentio: hoc malè habet virum.
S.Potin'es mihi verum dicere?D.nihil facilius.
S.Num illi moleſtæ quidpiam hæ ſunt nuptiæ
Propter hoſpitæ huiuſce conſuetudinem?
D.Nihil hercle:aut ſi adeò,*bidui,aut tridui ẽ
Hæc ſolicitudo:noſtin'?deinde deſinet:
Etenim eam ſecum rem recta reputauit via.
S.Laudo.D.dum licitũ eſt ei,dumq; ætas tulit,
Amauit:tũ id clam:*cauit, ne vnquã infamiæ
Ea res ſibi eſſet,vt virum fortem decet:
Nunc vxore opus eſt,animũ ad vxorẽ appulit
S.*Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquãtulùm mihi.

Fallacia alia aliã trudit.

Quid in amore cauendum.

Subſignificatum tempe rat,vt Subridit.

D.Nihil

D. Nihil propter hanc rem: ſed eſt, quod ſubcenſaet tibi.
S. Quidnã eſt? D. puerile eſt. S. quid eſt? D. nihil.
SI. quin dic, quid eſt?
D. Ait nimiũ parcè facere ſũptũ. S. mène. D. te.
Vix, inquit, *drachmis obſonatus eſt decem:
Num filio videtur vxorem dare?
Quem, inquit, vocabo, ad cœnã meorũ æqualiũ
Potiſſimum nunc? & quod dicendũ hic ſiet,
Tu quoque* perparcè nimiũ *nõ laudo. S. tace
D. Commoui. S. ego, iſtæc rectè vt fiant, videro.
Quidnam hoc rei eſt? quidnam hic volt *vetetator ſibi? (caput.
Nã ſi hic mali eſt qdquã, hem illic eſt huic rei

Drachma ex 18. ſiliquis cõſtat, id eſt, ex tribus ſcrupulis: eſt autem planè denarius.

**Priſcia. lib. 1. de Syntaxi, parcè per nimium.*

**Modeſtia vtitur, non enim dicit reprehendo.*

Veterator in duratus et tritus in aſtutia.

ACTVS III. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Simo præ nimia ſagacitate mirum in modum fallitur, partum ſimulari credens, qui verus erat.

Eiuſdem generis.

MYSIS, SIMO, DAVVS, LESBIA, GLYCERIVM.

*ITA pol quidem res eſt, vt dixti Lesbia:
Fidelem haud fermè mulieri inuenias virum.
S. Ab Andria ẽ ancilla hęc. qd narras? D. ita eſt.
M. Sed hic Pamphilus. S. quid dicit? M. firmauit fidem. S. hem.
D. Vtinã aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit.
M. Nã quod peperiſſet, iuſſit tolli. S. ò Iupiter,
Quid ego audio, actum eſt, ſiquidem hæc vera prædicat.
L. Bonũ ingeniũ narras adoleſcẽtis. M. optimũ.
Sed ſequere me intrò, ne in mora illi ſies. L. ſequor
D. Qđ remediũ nũc huic malo ĩueniã? S. qd hoc?

** Oeconomia Comicorũ ſæpe ſic ſe habet ut caſu putetur eueniſſe quod cõſilio factum ſit.*

Adeon'eſt demens?ex peregrina? iam ſcio:ah
Vix tandẽ ſenſi ſtolidus. D.quid hic ſenſiſſe ait?
S.Hęc primùm adfert iã mihi ab hoc * fallacia.
Hanc ſimulãt parere, quo Chremetẽ abſterreãt.
G. Iuno Lucina fer opem: ſerua me obſecro.
S.Hui, tam cito? ridiculũ poſtquàm ante oſtiũ.
Me audiuit ſtare, approperat. non ſat cõmodè.
Diuiſa ſunt tẽporibus tibi Daue hæc. D.mihin'?
S.Num*immemor es*diſcipli? D.ego,quid narres, neſcio.
S.Hiccine me ſi imparatum in veris nuptijs
Adortus eſſet, quos mihi ludos redderet?
Nunc huius periculo fit, ego*in portu nauigo:

ACTVS III. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Lesbia egrediẽs, narrat, quo in ſtatu ſit Glyceriũ puerpera, ſimul agit de danda illi potione, imitata medicos, qui præſcribere ſolent ægrotis omnia ad eſum, potumq́; pertinentia. Deinde Simo, & Dauus de puero nato callide altercantur.

Trochaici Iãbici miſti ſenarij, & octonarij, acatalectici & catalectici, quibus interpoſiti ſuis locis dimetri duo.

LESBIA SIMO, DAVVS.

ADHVC *Archylis, q̃*adſolẽt, quęq́; oportet
Signa ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe video.
Nunc primum fac iſtæc vt lauet: poſt deinde
Quod iuſſi ei dare bibere, & quãtum imperaui,
Date: mox ego huc reuertar.
Peręcaſtor, ſcitus puer natus eſt Pamphilo.
Deos quęſo, vt ſit ſuperſtes: quádoquidẽ ipſe eſt ingenio bono,
Cumq́, huic veritus eſt optimæ adoleſcenti facere iniuriam.
S.*Vel hoc qs nõ credat, qui norit te, abs te eſſe ortum?

**Deceptio ſenis ex ſuſpicione.*
**immemores*
**Diſcipli, id eſt, Pãphili.*
**Metaphora ex maris quiete.*
**Argylis,*
**Adſolent, cõſuetudinis oportet, neceſſitatis. Medici, adhuc futurarũ rerũ icerti p̃ſentibus indicijs firmam valetudinẽ pollicentur.*
**Vel, id eſt, etiã locus ab incõgruentia rei tẽporisq́;.*

ortum ? D.quidnam id eſt ? (peræ:
S.Nõ imperabat coràm,q́d op⁹ facto eſſet puer-
Sed poſtquàm egreſſa eſt, illis,quę ſunt int⁹,clamat de via.
O Daue,itan' contemnor abs te ? aut itane tandem idoneus
Tibi videor eé, qué tã aptè fallere ĩcipias dolis?
Saltem accuratè,vt metui videar.certè,ſi reſciuerim. *
D.Certè herclè nũc hic ſe ipſus fallit, haud ego.
S.edixin' tibi?
Interminatus ſum, ne faceres ? num * veritus? quid rettulit ?
Credo ne tibi hoc, nũc peperiſſe hãc è Pãphilo?
D.Teneo, quid erret: quid ego agam, habeo. S.quid taces ?
D. Quid credas ? quaſi non tibi renuntiata ſint hęc ſic fore.
S. * Mihine quiſquam? D.ehò,an tute intellexti hoc adſimulari?S. irrideor.
D.Renũtiatũ eſt: nã q̃ iſthęc tibi ĩcidit ſuſpicio? *
S.Qui?quia te noram. D. quaſi tu dicas, factum id conſilio meo.
S.Certè enim ſcio. D. non ſatis me pernoſti etiã, qualis ſim Simo. *
S. Egone te? D.ſed ſi quid narrare occepi, continuò dari
Tibi verba cenſes. S. falsò. D. itaque hercle nihil iam mutire audeo.
S. Hoc ego ſcio vnum, neminem peperiſſe hic. D.intellextin' ?
Sed nihilo ſecius mox*deferent puerũ huc ante oſtium.
Id ego iam nunc tibi renuntio, here futurum, vt ſis ſciens:

Dauus hæc ſecum.

**Verecundia liberi eſt, ſerui verò metus.*

**Mihine.hoc ad ſenis perſpicaciã ſpectat: quaſi dicat ego ipſe intelligo.*

**Iſta pronomina vehementiam habent.*

** Vbi ſentit ſeni nondum pſuaſum hãc parere, affirmat ſeruus eam parere, & tamen ita narrat,ut opinionem ſenis faciat ſimulari partum.*

Ne tu hoc poſteriùs mihi Daui factum conſi-
ſilio, aut dolis.

Prorſus à me opinionem hanc tuam ego eſſe amotam volo.

s. Vnde id ſcis? D. audiui, & credo. s. multa concurrunt ſimul,

Qui* coniecturam hanc nunc facio: iam primũ hæc ſe è Pamphilo

Grauidam dixit eſſe. inuẽtum eſt falſum. nũc, poſtquàm videt

Nuptias domi adaptari, miſſa eſt ancilla illico

Obſtetricem accerſitum ad eam, & puerum vt afferret ſimul.

D. Hoc niſi fit, puerum vt tu videas, nihil *mouentur nuptiæ.

s. Quid ais? cùm intellexeras

Id cõſilij capere, cur nõ dixti extẽplò Pãphilo?

D. *Quis igitur eum ab illa abſtraxit, niſi ego? nam omnes nos quidem

Scimus, quam miſere hanc amarit, nunc ſibi vxorem expetit.

Poſtremò id mihi da negoti. tu tamen idẽ has nuptias

Perge facere, ita, vt facis: & id ſpero adiuturos Deos.

s. Imò abi intrò, ibi me opperire, & quod parato opus eſt, para.

*Nõ impulit me, hæc nũc omnino vt crederẽ:

Atque haud ſcio, an quę dixit, ſint vera omnia.

Sed paruipendo: illud mihi multò maximũ eſt,

Qđ mihi pollicitus eſt ipſuſ gnatus. nũc Chremẽ

Conueniam: orabo gnato vxorem, ſi impetro,

Quid alias malim, quã hodie has fieri nuptias?

Nam gnatus quod *pollicitus eſt haud dubium eſt mihi,

*Multis ſignis cõiectũra conſtat.

*Mouentur id eſt, perturbantur.

*Pãphilum ab amore diuertiſſe aſſerit.

*Vide quàm diſertè, & Latine Simo hæc ſecum.

*Pollicitatio eſt magnarũ rerum promiſſio.

Si nolit, quin eum meritò poſſim cogere.
Atq; adeò in ipſo tempore eccũ ipſum obuiá.

ACTVS III. SCENA III.

ARGVMENTVM.

In hac ſcena congreſſu duorum ſenum ex falſis veræ fiunt nuptiæ.

Iambici octonarij & ſenarij acatalectici, vnus dimeter, ad finem octonarij catalectici.

SIMO. CHREMES.

*IVBEO Chremetem. C. oh, teipſum quærebã.
s. & ego te. C. optato aduenis.
*Aliquot me adiere, ex te auditum qui aiebãt, hodie filiam (ſani ſũt.
Meã nubere tuo gnato: id viſo, tune, an illi in-
s. Auſculta pauca: & quid ego te velim, & tu quod quæris, ſcies.
C. Auſculto: loquere quid velis. (me
s. Per ego te Deos oro, & noſtrã* amicitiã Chre-
Quæ incepta à paruis cum ætate accreuit ſimul
Perq; vnicam gnatam tuam, & gnatum meũ,
Cuius tibi poteſtas ſumma ſeruandi datur,
Vt me adiuues in hac re, atq; ita, vti nuptiæ
Fuerant futuræ, fiant. C. *ah, ne me obſecra:
Quaſi hoc te orando à me impetrare oporteat.
Alium eſſe cẽſes, nũc me, atq; olim, cùm dabã?
*Si in re eſt vtriq;, vt fiant, accerſi iube.
Sed ſi ex ea re plus mali eſt, quàm commodi
Vtriq;, id oro te, in commune vt conſulas,
*Quaſi illa tua ſit, Pamphiliq; ego ſum pater.
s. Imò ita volo, itaq; poſtulo vt fiat, Chreme?
Neq; poſtulẽ abs te, niſi ipſa res moneat. C. qd
s. Iræ ſũt inter Glyceriũ, & gnatũ. C. audio. (eſt?
s. Ita magnæ, vt ſperem poſſe auelli. C. fabulæ.
s. Profectò ſic eſt. C. ſic hercle vt dicam tibi:

* *Iubemus verbis: volumus animo.*

* *Ex fictis nuptijs vera fient, idq; initium eſt epitaſeos periculi in fabula.*

* *Commendatio amicitiæ à vetuſtate, et eſt obteſtatio à rebus de quibus agitur.*

* *Vox plena officij, & caritatis.*

* *Ab vtili accurata locutio.*

* *Suauiſſima cõmutatio eſt à poſſibili.*

AMANTIVM IRAE, amoris integratio eſt.
S. Hem, id te oro, vt antè eam⁹, dū tēpus datur,
Dumq́; eius libi do occluſa eſt contumeliis,
Priùs quàm *harum ſcelere, & lacrumæ confictæ dolis,
Reducant animum ægrotum ad miſericordiā.
Vxorem demus. ſpero conſuetudine,
Et coniugio liberali deuinctum Chreme,
Dehinc facilè ex illis eſſe emerſurum malis.
C. Tibi ita hoc videt: at ego nō poſſe *arbitror.
Neq; illū hāc perpetuò habere, neq; me ꝑpeti.
S. Qui ſcis ergo iſtuc, niſi periculum feceris?
C. At iſtuc periculum in filia fieri, graue eſt.
S. Nempe incommoditas deniq; huc oīs redit,
Si eueniat, *quod Dij prohibeant, diſceſſio.
At ſi corrigitur, quot commoditates, vide:
*Principiò amico filium reſtitueris:
Tibi generum firmum, & filiæ inuenies virū.
C. quid iſtuc? ſi ita iſtuc aīum induxti eſſe vtile
Nolo tibi vllum commodum in me claudier.
S. Meritò te ſemper maxumi feci Chreme.
C. Sed quid agis? S. quid? C. qui ſcis eos nunc diſcordare inter ſe?
S. Ipſus mihi Dauos, qui * intumus eſt eorum conſiliis, dixit.
Et is mihi ſuadet, nuptias, quantùm queam, vt maturem.
Nū cēſes faceret, filiū niſi ſciret eadē hęc velle?
Tute adeò iam eius audies verba. heus euocate huc Dauum.
Sed eccum, video ipſum foras exire.

Inuidiosè de vna tantùm loqtur.

Chremes Pamphili amorē ſuſpectum habet.

Parenthesis per euphonismon, ab honeſto, & vtili.

Diluit ſummatim omnes obiectiones.

Teſtis commendatio.

ACTVS III. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Dauus ſeni inſultās, hortatur eū ad faciēdas nuptias: nō enim putabat fore, vt ſic ageretur. Quum igitur

igitur videt herum ſeriò de tradenda filia colloqui cum Chremete, anxius, & exanimatus redditur.

Iambici octonarij, & dimeter vnus.

DAVVS, SIMO, CREMES.

*A D te ibam. S. quidnam eſt?
D. Cur vxor nõ accerſitur? iam adueſperaſcit S. audin' tu illum?
*Ego dudum nonnihil veritus ſum Daue abs te, ne faceres idem,
Qđ volg⁹ ſeruorũ ſolet, dolis vt me deluderes,
Propterea quòd amat filius. D. egon' iſtuc facerem? S. credidi:
Idq; adeò metuens vos celaui, quod nunc dicam. D. quid? S. *ſcies.
Nam propemodùm habeo iã tibi fidem. D. tandem cognoſti, qui ſiem.
S. Non fuerant nuptiæ futuræ. D. quid non? S. ſed ea gratia
Simulaui, vos vt pertentarem. D. quid ais? S. ſic eſt res. D. vide,
Nunquam iſtuc quiui ego intelligere. vah conſilium callidum.
S. Hoc audi: vt hinc te introire iuſſi, opportunè hic fit mihi obuiam.
D. Hem numnam perimus? S. narro huic, quę tu dudum narraſti mihi.
D. Quidnam *audio? S. gnatam vt det *oro, vixq; id exoro. D. occidi.
S. Hem, quid dixti? D. optumè inquam factũ. S. audiam?
nunc per hunc nulla eſt mora.
C. Domum modò ibo: vt apparentur, dicam: atque huc renuntio.
S. Nunc te oro, Daue, quoniam ſolus mihi effeciſti has nuptias.

** Adepitaſin periculi pertinet, quod eo res redit, vt Daui cõſilia obſint Pamphilo.*

**Grauis oratio ab hoc pronomine plerunque exorditur.*

** Simo rem Dauo aperit.*

**Verſita Daui diſſimulatis.*

** Donatus, audiam?*

** Sic alibi. Orator ad vos venio, ſinite exorator vt ſiem.*

D. ego vero ſolus. s. corrigere mihi gnatum porrò enitere.

*Pollicetur, quod animi- me intēdit. *Irito ab ira deducitur, ut & iraſcor. *Cautè Davus callidā interrogatione excipit. *cadem *Ad hūc modum ferè fingit Terētius conſilia calliſſima fallere. *Ironia eſt: ſibi enim omne malū adſcribit.

D. *Faciam hercle ſedulò. s. potes nūc, dum animus *irratatus eſt.

D. Quieſcas. s. age igitur: vbi nunc eſt ipſus? D. *mirum, ni domi eſt.

s. Ibo ad eum, atque eadem hæc, quæ tibi dixi, dicam *itidem illi. D. nullus ſum.

*Quid cauſæ eſt, quin hinc in piſtrinum rectà proficiſcar via?

Nihil eſt preci loci relictū: iam perturbaui oīa: Herum feſelli: in nuptias cōieci herilem filiū: Feci, hodie vt fierent, inſperante hoc, atque inuito Pamphilo.

*Hē aſtutias. q̄ ſi quieſſé, nihil eueniſſet mali. Sed eccum ipſum video, occidi.

Vtinam mihi eſſet aliquid hic, quò nunc me præcipitem darem.

ACTVS III. SCENA V.

ARGVMENTVM.

Stomachatur Pamphilus, quòd doloſum Davi cōſiliū ſecutus, reſponderit patri, ſe ductur ū vxorē.

Iambici Tetametri permiſtis Trochaicis.

PAMPHILVS, DAVVS.

VBI illic ſcelus eſt, qui me perdidit? D. perii. P. atque hoc confiteor

Iure obtigiſſe: quandoquidem tam iners, tam nulli conſili

Sum. ſeruon' fortunas meas me cōmiſiſſe *futi(li?

*Metaphoricos à vaſo ſutili, et rimoſo ductū, i. ſummo periculo vſurpatum.

Ergo pretium ob ſtultitiam fero: ſed inultum id nunquam auferet.

D. Poſthac incolumen ſat ſcio fore me, hoc nūc ſi deuito malum.

(me, modò

P. Sed quid ego nunc dicā patri? negabon' velle

Qui ſum pollicitus ducere? qua fiducia id facere audeam?
*Nec, quid me nunc faciam, ſcio. D. nec quidẽ me atque id ago ſedulò.
Dicam aliquid iam inuenturum, vt huic malo aliquam producam moram. P. oh.
D. Viſus ſum. P. ehodum bone vir, *quid ais? vi de me tuis conſiliis
Miſerum impeditum eſſe? D. at iam expediam. P. expedies? D. certè Pamphile
P. Nempe vt modò. D. imò melius ſpero. P. oh, tibi ego vt credam furcifer?
Tu rem impeditam, & perditam reſtitues? hem, quo fretus ſiem.
Qui me hodie ex tranquilliſſima re cõiecisti in nuptias.
An nõ dixi hoc eſſe futurum? D. dixi. P. quid meritus? D. *crucem.
Sed ſine paululũm ad me redeã: iam aliquid* diſpiciam. P. hei mihi,
Cũ non habeo ſpatium, vt de te ſumam ſupplicium, vt volo:
Namq; hocce temp⁹ præcauere mihi me, haud te vlciſci ſinit.

ACTVS IIII. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Hac ſcena potiſſimum cõtinet iurgium Charini in Pamphilum.
Initio cretici, poſteà octonarij Trochaici & Iambici, demum Iambici ſenarij & rurſus octonarij.

CHARINVS, PAMPHILVS, DAVVS.

*HOCCINE credibile eſt, aut memorabile,
Tanta *vecordia innata cuiquam vt ſiet,
Vt malis gaudeat, atq; ex incommodis
Alte-

**Vterque ex pers eſt conſilij.*
**Grauis eſt interrogatio cum ironia.*
**Sic Serui⁹ in illud Vir. 1. Æne. Orãtes veniant. Donat. verò, meritis ſupra illud xi. Æneid. Meritis vacat his tibi ſolus, Fortunaq; locus.*
**Vide Nan. Miſcel. li. 2.*
**Sic Donat. Eſt autem diſpicere, diſquirere conſiliũ.*
**Exordiũ narrationis ad Pamphilũ inſtituta. Pathos à perfidie deteſtatione: eſtq; locus communis.*
**Vide Nan. Miſcel. li. 1.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Alterius ſua comparet vt commoda? ah,
Idne eſt verũ? imò id gen⁹ hominũ eſt peſſumũ,
In denegãdo modò quîs pudor eſt paululùm:
*Pòſt vbi tempus promiſſa eſt iam perfici,
Tum neceſſariò ſe aperiunt, & timent,
Et tamen res cogit denegare. ibi
Tum impudentiſſima eorum oratio eſt:
Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? heus,
Proximus ſum egomet mihi. attamẽ, vbi fides,
Si roges, nihil pudet. hic, vbi opus eſt,
Non verentur: illic vbi nihil opus eſt, ibi verentur.
Sed quid agam? adeamne ad eum, & cum eo iniuriam hanc expoſtulem?
Ingeram mala multa, atque aliquis dicat, nihil promoueris.
Multum, moleſtus certè ei fuero, atq; animo morem geſſero.

*Id vſu venis inter fœdifragos.

P. *Carine, & mè, & te imprudens, niſi quid Dij reſpiciunt, perdidi.
C.* Itane imprudens? tandem inuenta eſt cauſa; ſoluiſti fidem.
P. Qui tandem? C. etiam nunc me * ſubducere iſtis dictis poſtulas?
P. Quid iſtuc eſt? C. poſtquàm me amare dixi, cõplacita eſt tibi.
Heu me miſerum, dũm tuum animum ex animo ſpectaui meo.
P. Falſus es CA. nonne tibi ſatis eſſe hoc viſum ſolidum eſt gaudium,
Niſi me lactaſſes amantẽ, & falſa ſpe pduceres?
*Habeas. P. habeam? ah, neſcis quantis in malis verſer miſer,
Quantasq; hic ſuis cõſilijs mihi confecit ſollicitudines.

*Defenſio ab imprudẽtia.
* Propoſitio.
* Subducere Græca figura pro decipere: illi enim eodem modo vſurpant ὑπάγειν.
* Permiſſio ironica.

Meus

[library stamp]

Meus carnufex. C. quid iſtuc tam mirum eſt, de te ſi exemplum capit?

P. Haud iſtuc dicas, ſi cognoris vel me, vel amo rem meum.

C. Scio, cum patre *altercaſti dudum, & is nunc propterea tibi. *Alterco actiui.

Subcenſet: nec te quiuit hodie cogere, illam vt duceres.

P. *Imò etiã, quò tu minùs ſcis ęrumnas meas, *Pamphilus excuſat imprudentiam.

Hæ nuptiæ non apparabantur mihi,

Nec poſtulabat nunc quiſquam vxorem dare.

C. *Scio: tu coactus tua voluntate es. P. mane, *Carinus arguit volũtatem.

Nondum etiam ſcis. C. ſcio equidem illam ducturum eſſe te.

P. Cur me enecas? hoc audi. nunquam deſtitit

*Inſtare, vt diceren me eſſe ducturum patri: *Inſtare, ſuadere, orare, cum vehemẽtia dicit.

Suadere, orare, vſq; adeò, donec perpulit.

C. Quis homo iſtuc? P. Dauos. C. *Dauos. P. interturbat. C. quamobrem? P. neſcio: *Dauos cum admiratione pronunciandum.

Niſi mihi Deos ſatis ſcio fuiſſe iratos, qui auſcultauerim.

C. Factum eſt hoc Daue? D. factum. C. hem, quid ais ſcelus?

At tibi Dij dignum factis exitium duint *Hoc ſemper iniurioſum.

Ehò, * dic mihi, ſi omnes hunc coniectum in nuptias Verg. Dic mihi Damœta cuiũ pecus?

Inimici vellent, quod, niſi hoc, conſiliũ darẽt?

D. Deceptus ſum, at non defatigatus. C. *ſcio. *Scio, Ironicè dicẽdum.

D. Hac non ſucceſſit, al ia aggrediemur via:

Niſi id putas, quia primò proceſſit parum,

Non poſſe iam ad ſalutem conuerti hoc malũ. *Officiũ fidelis ſerui.

P. Imò etiam: nam ſatis credò, ſi aduigilaueris,

Ex vnis geminas mihi conficies nuptias. *Seruitium, pro ſeruitute, poſuit.

D. *Ego, Pamphile, hoc tibi pro ſeruitio debeo,

Conari manibus, pedibus, noctéisque, & dies

Sedulò, id- eſt ſine dolo. Capitis periculum adire, dum proſim tibi.
** Reſtitue, id eſt, omnia mihi ſalua redde.* Tuum eſt ſiquid pręter ſpem euenit, ignoſcere.
Parum ſucceſſit, quod ago, at facio *ſedulò:
Vel melius tu aliud reperi, me miſſum face.
P. Cupio. *reſtitue in quem me accepiſti locũ.
D. Faciã. P. at iam hoc opus eſt. D. hem, *eſt ma
**St. ſilentij nota. Sic Haut. Act. 3. Sc. 3. eſt in ueni nuper quandam.* ne; concrepuit à Glycerio oſtium.
P. Nihil ad te. D. quęro. P. hem, nunccine demũ?
D. at iam hoc tibi inuentum dabo.

ACTVS IIII. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Pollicetur hic pamphilus Myſidi, nunquam ſe deſerturum Glycerium: etiam ſi omnes homines ſibi ob id infeſtos ſit habiturus.

Iambici tetrametri catalectici.

MYSIS, PAMPHI. CHARINVS, DAVVS.

** Confirmatur animus Pamphili, ne deſerat Glycerium, cum accerſitur.* *IAM, vbi vbi erit, inuentum tibi curabo, & mecum adductum
Tuum Pamphilum. *tu modò, anime mi, noli te macerare
P. Myſis. M. quid eſt? hem Panphile, optumè mihi te offers.
** Mollis, & blanda oratio.* P. Quid eſt? M. orare iuſſit, ſi ſe ames, hera, iam ad ſeſe venias:
Videre ait te cupere. P. vah, perii: hoc malum integraſcit.
Siccine me, atq; illam opera tua nunc miſeros ſollicitarier?
Nam idcirco accerſor, nuptias quod mihi apparari ſenſit.
C. Quib⁹ quidem quàm facilè poterat quieſci, ſi hic quieſſet.
D. Agè, ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga. M. atque ædepol.

Ea res eſt, proptereaq; nunc miſera in mœtore eſt P. Myſis.

Per omneis tibi adiuro Deos, nunquam eã me deſerturum.

Non, ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omneis homines.

Hanc mihi expediui, contingit: cõueniunt mores; valeant,

Qui inter nos diſſidiũ volũt: hanc, niſi mors, mihi adimet nemo.

C. Reſipiſco. P. non Apollinis magis verum, atque hoc, reſponſum eſt.

Si poterit fieri, vt ne pater me ſtetiſſe credat,

Quominus hæ fierent nuptiæ, volo. ſed ſi id non poterit,

Id faciam, *in procliui quod eſt, per me ſtetiſſe vt credat.

Quis videor? C. miſer æquè, atque ego. D. conſilium quæro C. fortis.

Scio. S. quid conere. D. hoc ego tibi profectò effectum reddam.

P. Iam hoc opus eſt. D. quin iã habeo. C. qd eſt? *P:

D. huic, non tibi, habeo, *ne erres.

C. Sat habeo. P. quid facies? cedo. D. dies hic mihi vt ſit ſatis, vereor,

Ad agendum: ne vacuum eſſe me nunc ad narrandum credas:

Proinde hinc vos amolimini: nam mihi impedimento eſtis.

P. Ego hanc viſam. D. quid tu? quò hinc te agis?

C. verum vis dicam? D. imò etiam

Narrationis incipit mihi initiũ. C. qd me fiet?

D. Ehò tu impudens, non ſatis habes, quòd tibi dieculam addo,

*Plautus in Captiuis, & Cæſar, procliue, p̃ facilè, ſimpliciter dixit.

* Deterret Charinum.

* Callidus ſeruus, dominis imperat.

Quantùm huic promoueo nuptias? C. Daue, attamen. D. quid ergo.
C. Vt ducam. D. ridiculum. C. huc face ad me venias, ſi quid poteris.
D. Quid veniam? nihil habeo. C. attamē ſi quid.
D. * agè, veniam. C. ſi quid,
Domi ero. D. tu Myſis, dum exeo, parumper opperire me hic.
M. Quapropter? D. ita facto opus eſt. M. matura.
D. iam, inquam, hic adero.

Agè, Vix concedentis eſt.

ACTVS IIII. SCENA III.

ARGVMENTVM.

In hac ſcena Dauus puerū defert ante oſtium Simonis, vt ita Chremes deterreatur a nuptijs. Et conſiſtit hac ſcena in geſtu magis, quàm in oratione.

Iambici ſenarij.

MYSIS, DAVVS.

NIHILNE eſſe proprium cuiquã? Dij voſtrã fidem.
Summum bonum eſt ſieræ putabam hunc Pamphilum,
* Amicum, amatorem, virum, in quouis loco
* Paratum. verùm ex eo nunc miſera quem capit
Dolorem? facile hic plꝰ mali eſt, quã illic boni.
Sed Dauos exit. mi homo, quid iſtuc obſecro eſt?
Quò portas puerū? D. Myſis, * nunc opus eſt tua
Mihi ad hãc rē exprōpta memoria, atq; aſtutia.
M. Quidnã incepturꝰ? D. accipe à me hūc ocyus,
Atq; ante noſtram ianuam appone. M. obſecro,
Humine? D. ex ara hinc ſume verbenas tibi,
Atq; eas ſubſterne. M. quamobrem id tute non facis?
D. Quia, ſi fortè opus ſit ad herū * iurādū mihi
Non appoſuiſſe, vt liquido poſſim. M. intelligo.
Noua nunc * religio in te iſthęc inceſſit, cedò?

** Amicus eſt animi. amator corporis.*

** Audax cō ſiliū, quo res magis pertur bata fuiſſet, niſi caſu emerſiſſet ex his malis Pāphilus.*

** Sic Donatus.*

** Seruū nolle mētiri, noua religio ē.*

D. Moue

D.Moue ocius te,vt,quid agã, porrò intelligas.
Pro Iupiter M. quid D. ſponſę pater interuenit:
Repudio conſiliũ, quod primum* intenderam. **Metaphora*
M.Neſcio q̃d narres. D. ego quoq; hîc ab dextra *à venatori-*
Venire me adſimulabo: tu, vt ſubſeruias. *bus ſumpta.*
Orationi, vt cunq; ópus ſit verbis, vide.
M.Ego, quid agas, nihil ĩtelligo: ſed, ſi quid eſt,
Quod mea opera opꝰ ſit vobis, aut tu plꝰ vides,
Manebo : ne quod voſtrũ * remorer cõmodum. **Remorer id*

ACTVS IIII. SCENA IIII. *eſt, retineã,*

ARGVMENTVM. *à remora pi-*

In hac ſcęna Chremes puerum ex Glycerio natum ſce nauim ſi-
audit: & illam ciuem eſſe Atticam, vt ſic à nuptijs ſtente.
deterreatur.

Iambici ſenarij, quibus admiſti videntur bini ſe-
ptenarij.

CHREMES, MYSIS, DAVVS.

*REVERTOR, poſtquam, quæ opus fuere **Summa nu*
ad nuptias
Gnatæ, paraui, vt iubeam accerſi. ſed quid hoc: *ptiarum po-*
Puer hercle eſt. mulier, tũ'appoſuiſti hũc M. vbi *teſtas in pa-*
Illic eſt? C. non mihi reſpondes? M. hem nuſquã *tre puella ſi-*
eſt, vę miſeræ mihi. *ta eſt.*
Reliquit me homo, atq; abijt. D. Dii voſtrã fidẽ,
Quid turbæ eſt apud forum? quid illic hominũ
litigant?
Tum annona cara eſt. quid dicam aliud, neſcio. * *Admira-*
M. Cur tu, obſecro, hic me ſolã? D. hem, quæ hæc *tio cũ excla*
eſt fabula? *matione.*
Ehò Myſis, puer hic vnde eſt? q̃sue huc attulit?
M. satin' ſanus es, qui me id rogites? D. quem * *Videam?*
ego igitur rogem, **Au, interie*
Qui hic neminẽ aliũ * video? C. miror, vnde ſit. *ctio eſt con-*
D. Dicturane quod rogo? M. * au. D. concede ad *ſternata mu*
dexteram. *lieris.*

Deli-

**Præter, pro præterea.*
**Maledicis, pro comminaris: ornatus ſermo.*

M.Deliras. non tute ipſe? D.verbum ſi mihi
Vnum* præter, quàm quod te rogo faxis, caue.
M.*Maledicis. D.vnde eſt, dic clare. M. à vobis.
D.ha ha hæ.
Mirũ verò, impudẽter mulier ſi facit meretrix.
C.Ab Andria eſt ancilla hæc, quãtùm ĩtelligo.
D.Adeon videmur vobis eſſe idonei,
In quibus ſic illudatis? C.veni in tempore.
D.Propera adeò puerum tollere hinc ab ianuã.
Mane: caue quoquam ex iſthoc exceſſis loco.
M.Dij te eradicent: ita me miſeram territas.

**Daui verſutia iurgiũ repetit.*

D.*Tibi ego dico, an non? M. quid vis? D.at
etiam rogas?
Cedò, cuium puerũ hic appoſuiſti? dic mihi.

** Apoſiopeſis.*

M.Tu neſcis? D.mitte id qđ ſcio: dic, qđ rogo.
M.Veſtri. D.cuius? noſtri? M. Pãphili. D.hem,
quid? Pamphili? (nuptias.
M.Ehò, an non eſt? C.rectè ego ſemper fugi has

** Nannius Miſcel lib. 1. cãtharũ Subfarcinatum.*

D.*O facinus animaduertẽdũ. M.qđ clamitas?
D.Quęne ego heri vidi ad vos afferri veſperi?
M.O hominẽ audacẽ. D. vt cum vidi * Cátharã
Subſarcinatam. M. Dijs pol habeo gratias,
Cùm in pariundo aliquot affuerunt liberæ.

**Tertiã perſonã de ſe facit.*
**Nã. miſc. lib. 1. prolua.*
** Prouerbiũ cui ſubiacet, mendacẽ memorem eſſe oportere.*
**Daui calliditas.*

D.Næ illa illũ haud nouit, cuius cã hæc incipit
Chremes, ſi poſitum puerũ ante ædeis viderit,
Suam gnatã nõ dabit. tãtò hercle magis dabit.
C.*Nõ hercle faciet. D. nũc adeò, vt tu ſis ſciẽs,
Ni puerum tollis, iam ego hũc in mediam viã
Prouoluam, teq; ibidem *peruoluam in luto.
M.Tu pol homo non es ſobrius. D.*.fallacia
Alia aliam trudit. iam ſuſurrari audio,
Ciuẽ Atticã eſſe hãc. C.hem. D.coactus legibus
Eã vxorẽ ducet. M.au, obſecro, an nõ ciuis eſt?
C.Iocularium in malũ inſciens penè incidi. (nĩs
D.* Quis hic loqtur? ò Creme, p̃ tẽpus adue-
Au-

Auſculta. C. audiui omnia. D. *an hæc tu oĩa?
C. Audiui inquam à principio. D. audiſtin' ob-
ſecro? hem
Scelera, hãc iã oportet in cruciatũ hinc abripi.
Hic *ille eſt: non te credas Dauum ludere.
M. Me miſeram: nihil pol falſi dixi, mi ſenex.
C. Noui rem. ſed eſt Simo intus? D. eſt. M. ne me
*attingas
Sceleſte, ſi pol Glycerio non omnia hæc.
D. Ehò inepta, neſcis quid ſit actũ. M. qui ſciã?
D. Hic ſocer eſt: alio pacto haud poterat fieri,
*Vt ſciret hæc quæ volumus. M. hem, pdiceres.
D. Paulùm intereſſe cenſes, ex animo omnia,
Vt fert natura, facias, an de *induſtria?

ACTVS IIII. SCENA V.

ARGVMENTVM.

Crito veniens ex Andro Athenas de Glicerio percontatur, an parentes repererit ſuos: audiens nondum reperiſſe, dolet: quod videat hoc ſibi obfuturum in adeunda hæreditate.

Iambici ſenarij.

CRITO, MYSIS, DAVVS.

*IN hac habitaſſe platea dictũ eſt Chryſidem.
Quæ ſeſe inhoneſtè optauit *parare hic diuitias
Potius, quàm in patria honeſtè pauper viuere.
Eius morte ea ad me legę redierunt bona.
Sed quos percontor video. ſaluete. M. obſecro,
Quẽ video? eſtne hic Crito ſobrinus Chriſidis?
Is eſt. C. ô Myſis ſalue. M. ſaluos ſis Crito.
C. *Itan' Chryſis? hem. MY. nos quidem pol mi-
ſeras perdidit. (ſic
C. Quid vos? quo pacto hic? ſatin' rectè? M. noſne?
*VT QVIMVS, aiunt, quando, vt volumus,
non licet.
C. Quid Glycerium? iã hic ſuos parentes repperit?

*ah, ne tu omnia.
*Ille, emphaſim habet, ſed p ironiã dicitur. Sup. palpitatio mulieris
*Vetuſtè.
*Apoſiopeſis.
*Induſtria id eſt, prouidentia.
*Occaſio cataſtrophes, nã ſenex caſu interueniens, diſcutit periculum.
*Vide Ioan. Riuium.
*Itan' Chryſis? ſcilicet (ſic perijt.
*Hæc ſingula emphaſim habent.

M. Vtinam. C. an nondum etiam? haud auſpicatò huc me appuli,
*Nã pol, ſi id ſciſſẽ, nũquã huc tetuliſſẽ pedẽ.
Semper enim eius dicta eſt hęc, atq; habita eſt ſoror.
Quæ illius fuere, poſſidet. nunc me hoſpitem
Lites ſequi, quàm hic mihi ſit facile, atq; vtile,
Aliorum exempla commonent. ſimul arbitror,
Iam eſſe aliquẽ amicũ, & defenſorẽ ei: nã ferè
Grandiuſcula iam profecta eſt illinc, clamitẽt,
Me* ſycophantam, hæreditatem perſequi,
Mendicum: tum ipſam deſpoliare non licet.
M. optime hoſpes pol Crito,* antiquum obti(nes.
CR. Duc me ad eã, qñ huc veni, vt videã.
MY. maximè.
D. Sequar hos: nolo me in tpe hoc videat ſenex.

Sycophantam, id eſt, calumniatorem.

Antiquũ, ſcilicet morem, aut ingenium.

ACTVS V. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Simo cupit fieri nuptias: generum recuſat Chremes ob natum ex Glicerio puerum.

Trochaici tetrametri catalectici.

CHREMES, SIMO.

*SATIS iam, ſatis Simo ſpectata erga te amicitia eſt mea:
Satis pericli cœpi adire. orandi iam finem face.
Dum ſtudeo obſequi tibi, penè illuſi vitã filiæ.
S. Imò enim maximè abs te poſtulo, atq; oro Chreme,
Vt beneficiũ verbis initũ, nũc dudũ re cõprobes
C. Vide, quàm iniquus ſis præ ſtudio, dum efficias id, quod cupis.
Neq, modũ benignitatis, neq; qd me ores, cogitas.
Nam ſi cogites, remittas iã me onerare iniuriis.
S. Quibus? C. ah' rogitas? perpuliſti me, vt homini adoleſcentulo,

Ad finem epitaſeos facit hac noua turba.

Accuſatio eſt, & enumeratio iniuriarum ſcilicet ob amorem meretricis.

In alio occupato amore, abhorreti ab re vxoria,
Filiã dare in ſeditionẽ, atq; incertas nuptias:
Eius labore, atque eius dolore gnato vt medicarer tuo.
Impetraſti: incepi, dum res tulit: nunc non fert, feras.
Illam hinc ciuem eſſe aiunt: puer eſt natus: nos miſſos face
s. Per ego te deos oro, vt ne illis animum inducas credere
*Quibus id max imè vtile eſt, illum eſſe quàm deterrimum.
Nuptiarum gratia hęc ſunt ficta, atque incepta omnia.
Vbi ea cauſa, quamobrem hæc faciunt, erit adẽpta his, deſinent.
c. *Erras. cum Dauo egomet vidi iurgantem ancillam. s. ſcio. c. at
Vero voltu, cùm, ibi me adeſſe, neuter tum prę ſenſerat.
s. Credo, & id facturas Dauus dudum prædixit mihi.
Et neſcio quid tibi ſum oblitus hodie, ac volui, dicere.

Defenſio p coniecturã.

Reprehẽſio Simonis cũ Daue teſtimonio.

ACTVS V. SCENA II.

ARGVMENTVM.

In hac ſcena Simo cum audit veniſſe, qui Gliceriũ dicat ciuẽ eſſe Atticam: ira accenſus, Dauum intro raptũ cõijcit ĩ vincula: & miro hic artificio patris, ac domini offenſi conſuetudinẽ exprimit Terentius.

Trochaici octonarij catalectici, & ad finem Iambici ſenarij.

DAVVS, CHREMES, SIMO, DROMO.

ANIMO iam nũc* otioſo eſſe impero. c. hem Dauum tibi,

Otium, ſecuritas eſt: negotium verò, ſolicitudo.

Hic ſcelus ad ſenſum retulit: nam propter ſenſus verba ſunt, non propter verba ſẽſus.

**Probè, indignanter dicitur.*

**Sic Pierius in illud Virg. ô. Æneid. ne arceſſite.*

**Chremes Simonem irridet.*

**Audet plu- ſculùm ſeruus, quia nihil reſtare periculi putat ſed non fert eum impunè.*

**Vide Nãn. Miſcel. lib. 1.*

**Daui verbo commotus ſeruum lorarium vocat, qui loris, id eſt, corijs alios ſeruos verberat.*

s. Vnde egreditur? D. meo præſidio, atq; hoſpitis. s. quid illud mali eſt?

D. Ego commodiorem hominem, aduentũ, tem pus non vidi. s. *ſcelus

Quemnam hic laudat? D. omnis res eſt iam in vado. s. ceſſo alloqui?

D. Herus eſt: quid agam? s. ò ſalue bone vir. D. hem Simo, ò noſter Chreme,

Omnia apparata iá ſunt intus. s. curaſti *probè.

D. Vbi voles, *arceſſe. s. bene ſanè. id enimuero hinc nunc abeſt.

Etiam tu hoc reſpondes? quid iſtic tibi negoti eſt? D. mihin'? s. ita.

D. Mihine? s. tibi ergo. D. modò introii. s. quaſi ego, quàm dudum, rogem.

D. Cum tuo gnato vnà. s. anne eſt intus Pamphilus? crucior miſer.

Ehò, non tu dixti eſſe inter eos inimicitias, carnifex?

D. Sunt. s. cur igitur hic eſt? C. *quid illum cenſes? cum illa litigat.

D. *Imò verò indignum Chreme iam facinus faxo ex me audias.

Neſcio q̃ ſenex modò venit: ellũ, cõfidés, cat' Cũ facié videas, videt̃ eſſe quantiuis preti: (des; Triſtis ſeueritas ineſt in vultu, atq; in verbis fi

S. Quidnã apportas? D. nihil equidé, niſi quòd illum audiui dicere.

S. Quid ait tandem? D. Glycerium ſe ſcire ciuem eſſe Atticam.

S. *Hem, Dromo, Dromo. DR. q̃d eſt? s. Dromo. D. audi. s. verbum ſi addideris Dromo.

D. Audi obſecro. DR. quid vis? s. ſublimem hũc intrò rape, quantum potes.

DR. Quem? s. Dauũ. D. quamobrẽ? s. quia lubet.

rape, inquam. D. quid feciſ. S. rape

D. Si quidquam mentitum inuenies, occidito.

S. nihil audio.

Ego iam te commotum reddam. D. tametſi hoc verum'eſt. S. tu tamen

Cura adſeruandum vinctum: atq; audin' quadrupedem conſtringito.

Agè, nunc iam ego pol hodie, ſi viuo, tibi

Oſtendam, herum quid ſit pericli fallere, &

Illi patrem. C. ah, ne ſæui tantopere. S. Chreme,

Pietatem gnati, nonne te miſeret mei?

Tantum laborem capere ob talem filium?

Age Pamphile: exi Pamphile: ecquid te pudet?

Decorum Comicum ſeruat, non procedendo vltra vincula, ad necē, quod Tragicum erat.

ACTVS V. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Simo acriter obiurgat filiū: confeſſus crimē filius veniā petit, ac ſe totū paternæ ſubijcit volūtati. Nimis commotum Simonem placare nititur Chremes.

Iambici ſenarij & ad finē Trochaici tetrametri.

PAMPHILVS, SIMO, CHREMES.

QVIS me vult? perii: pater eſt. S. quid ais *omnium. C. ah,

Rem potiùs ipſam dic, ac mitte malè loqui.

S. Quaſi quidquam in hūc iā graui' dici poſſiet.

Ain' tandem, ciuis Glyceriū eſt? P. ita prędicant

S. Ita prædicant? ô ingentem confidentiam.

Num cogitat, quid dicat? num facti piget?

*Vide, num ei' color pudoris ſignum vſquam indicat?

Adeò impotenti eſſe animo, vt, præter ciuium

Morem, atque *legem, & ſui volūtatem patris,

Tamē hanc habere *ſtudeat cū ſummo probro?

P. Me miſerū. S. modone, id demū ſēſti Pāphile?

Olim iſtuc, olim, cùm ita animū induxti tuū,

Quod cuperes, aliquo pacto efficiendum tibi,

** Omnium, apoſiopeſis, irato familiaris, quando pro dignitate peccati non inuenitur conuitiū competens.*

**Vide quomodo aſſurgat.*

**Vide Nān. Miſcel. li. 1.*

**cupiat.*

Eodem die iſtuc verbum verè in te accidit:
Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero?
Cur meam ſenectuté huius ſollicito amétia? an
Vt pro huius peccatis ego ſuppliciũ ſufferam?
Imò habeat, valeat, viuat cum illa. P. mi pater.
S.*Quid mi pater? quaſi tu hui⁹ indigeas patris
Domus, vxor, liberi inuenti inuito patre:
Adducti, qui illam ciuem hinc dicant. viceris.
P. pater, licètne pauca? S. quid dices mihi?
CH. Attamé, Simo audi. S. ego audiam? quid ego audiam,
Chreme? CH. attamé dicat ſine. S. age, dicat: ſino.
P. Ego me amare hanc fateor: ſi id peccare eſt, fateor id quoque. (pera.
Tibi pater me dedo. quduis oneris impone, im-
Vis me vxorem*ducere? hanc vis amittere? vt potero, feram.
Hoc modò te obſecro, vt ne credas à me allegatum hunc ſenem.
Sine me expurgem, atq; illum huc coram* adducam. S. adducas? P. ſine pater.
C. Æquum poſtulat: da veniã. P. ſine te hoc exorem. S. ſino.
Quiduis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar Chreme.
CH. PRO PECCATO magno paululùm ſupplicii ſatis eſt patri.

Mira grauitate hic ſenſus exaggeratur; nã pluraliter de vno tantũ loquitur pater oratio puderis plena.

**Amphibologia eſt.*

**Difficultatem rei oſtendit reſumpto verbo per indignationem.*

ACTVS V. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Hac ſcena cõtinet Andrij Critonis cũ Simone et Chremete cõgreſsũ, in quo error oĩs fabulæ aperitur: nam Glycerium oſtenditur hic filia eſſe Chremetis.

Trochaici & Iambici quadrati, hi acatalectici, illi catalectici, Iambicus dimeter vnus.

CRITO, CHREMES, SIMO, PAMPHILVS,

*Mitte

*MITTE orare. vna harum quęuis cauſa me, vt faciam, monet, *Crito hic Pamphilum alloquitur, ſic rogātē verum vt de Glycerio dicat. Caſtro: hr.*

Vel tu, vel quod verum eſt, vel quòd ipſe cupiō Glycerio.

CH. Andriū ego Critoné video?* et certè is eſt. ſaluus ſis Crito:

Quid tu Athenas inſolens? CR. euenit. ſed hicci ne eſt Simo *Nann. Miſcell. lib. 2.*

CH. *Hic. S. men' quæris? eho, tu Glyceriū hinc ciuem eſſe ais?

CR. Tu negas? S. Itane huc paratus aduenis? CR. quare? S. rogas?

Tunc impunè hoc facias? tūc hic homines adoleſcentulos, *Critonem aggreſſus acriter incuſat.*

*Imperitos rerū, eductos liberè, in fraudé illicis? Sollicitando, & pollicitando eorum animos lactas? CR. ſanusne es?

S. Ac meretricios amores nuptiis conglutinas?

P. Perij: metuo, vt ſubſtet hoſpes. CH. ſi Simo hunc noris ſatis,

Non ita arbitrere. * bonus hic eſt vir. S. hic vir ſit bonus: *Ironia.*

*Itane attéperatè venit hodie in ipſis nuptijs, Vt veniret antehac nūquàm? eſt verò huic credendum Chreme? *Plerunque caſus imitatur induſtriam, vt hic.*

P. Ni metuam patrem, habeo pro illa re, illum quod moneam probè.

S. Sycophāta. CR. hem. CH. ſic Crito eſt hic: mitte. CR. videat, qui ſiet. *Bemb.*

Si mihi pergit, quæ volt, dicere: ea, quę nō volt, audiet. *iſtuc.* *num.*

Ego* iſthæc moueo, aut curo? *nō tu tuum malum æquo animo* feres? *feras?*

*Nam, ego quæ dixi, vera, an falſa audieris, iā ſciri poteſt. *Narratio hac pars eſt argumenti.*

Atticus quidam olim, naui fracta apud Andrũ eiectus eſt,
Et iſthæc vnà pa rua virgo. tum ille egens, fortè applicat
Primum ad Chryſidis patrem ſe. s. fabulam inceptat. CH. ſine.
C. Itane verò obturbat? CH. perge. CR. tum is mihi cognatus fuit

**Confirmatio veritatis.*

Qui cũ recepit: ibi ego audiui *ex illo, ſeſe eſſe Atticum:
Is ibi mortuus eſt. CH. eius nomen? C. nomen tã citò tibi?
Phania. CH. hem, perii. CR. verũ hercle, opinor fuiſſe Phaniam:

** Rhamnus, pagus eſt Attica maritimus, inde. * Rhamnuſius.*

Hoc certò ſcio, *Rhamnuſiũ ſe aiebat eſſe. CH. ò Iuppiter.
CR. Eadem hæc Chreme multi alii in Andro tũ audiuere. CH. vtinam id ſit,
Quod ſpero. ehò dic mihi, quid eã tum, ſuamne eſſe aiebat? CR. non.

**Cuiam, vetuſto more dixit*

CH. *cuiam igitur? CR: fratris filiam.
CH. Certè mea eſt. CR. quid ais? SI.: quid tu ais?

**Prouerbiũ. Metaphora à pecudibus aures arrigentibus.*

P. *arrige aureis Pamphile.
S. Qui credis. CH. Phania ille, frater meus fuit.
S. noram, & ſcio
CH. Is hinc bellum fugiens meq; in Aſiam perſequens proficiſcitur.
Tum illam hic relinquere eſt veritus. poſt illa nunc primùm audio,

**Illo, ſcilicet fratre meo Phania.*

Quid *illo ſit factum. P. vix ſum apud me ita animus commotus eſt metu.

**Affectus amantis.*

Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.
S. Nę iſtam multi modis tua inueniri gaudeo
P. credo pater.

CH At.

CH. At mihi vnus *ſcrupulus etiam reſtat, qui me malè habet. P. dignus es. *Vide Nannium. Miſcel. li. 1.
Cum tua religione, odium. nodú in ſcirpo quæris CR. quid iſtuc eſt?
CH. Nomen nó conuenit. CR. fuit hercle aliud huic paruæ. CH quod Crito?
*Núquid meminiſti? CR. id quæro. P. egone huius memoriam patiar meæ *Amoris Pãphili affectus exprimitur.
Voluptati obſtare, cú ego poſſim in hac te medicari mihi?
Non patiar, heus Chreme: quod quæris, Paſibula eſt. CR. ipſa eſt. CH. ea eſt.
P. *Ex ipſa milies audiui. S. omneis nos gaudere hoc Chreme, *Notatur frequentiſſima, Pamphili cũ Glicerio cõſuetudo.
Te credo credere. CH. ita me Dij ament. credo. P. quid reſtat pater?
S. Iamdudum res reduxit me ipſa in gratiam. P. ò lepidum patrem.
De vxore ita, vt poſſedi, nihil mutat Chremes. *Simo cum Pamphilo iã redit in gratiam.
CH. cauſa optima eſt:
Niſi quid pater aliud ait. P. nempe. S. id ſcilicet.
CH. dos eſt Pamphile,
Decem talenta. P. accipio. CH. propero ad filiã: ehò mecum Crito:
Nam illam me haut noſſe credo. S. cur non illã huc transferri iubes?
P. Rectè admones. *Dauo iſtuc dedam iã negoti. S. non poteſt. *Mirè Dauimentionẽ facit, vt ſoluatur.
P. Qui? S. quia habet aliud magis ex ſeſe, & maius P. quidnam? S. vinctus eſt.
P. pater, nó rectè vinctus eſt. S. haud ita: iuſſi. P. iube ſolui obſecro.
S. Agè fiat P. at matura. S. eo intrò. P. *o fauſtũ, & felicem hunc diem. *Exclamatio amatoris.

ACTVS V. SCENA V.

ARGVMENTVM.

Dauo narrat Pamphilus Glycerium inuentã eſſe ciuem Atticam, ſeque illam ducturum uxorẽ. Charinus oſtendit per Pamphilũ facilè ſe impetraturum à Chremete Philumenam. Hac ſcena alterum generum Chremeti comparat, ne aut Charinus triſtis abeat, auo non prouiſum Philumenæ ſit.

Iambici & Trochaici octonarij permiſti.

CARINVS, PAMPHILVS, DAVVS.

**Carini, & Pamphili colloquium ideo inducitur, vt vna narratione Charini quoque negotiũ tranſigatur.*

*PROVISO, quid agat Pamphilus: atque eccum. P. aliquis forſan me putet
Non putare hoc verum: at mihi nunc ſic eſſe hoc verum lubet.
Ego vitam Deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror,
Quòd voluptates eorum proprię ſunt. nam mihi immortalitas
Parta eſt, ſi nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit.
Sed quem ego potiſſimum exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari?
C. Quid illuc gaudi eſt. P. Dauum video. nemo eſt quem mallem omnium:
Namq; hunc ſcio mea ſolidè ſolum gauiſurũ gaudia.
D. Pamphilus vbinam hic eſt? P. Daue. D. quiſnã homo eſt? P. ego ſum. D. ò Pamphile.
P. Neſcis quid mihi obtigerit? D. certè: ſed, quid mihi obtigerit, ſcio.
P. Et quidem ego. D. more hominum euenit, vt, *quod ſim nactus mali,
Prius reſciſceres tu, quam ego, quod tibi euenit boni.
P. Mea Glyceriũ ſuos parentes repperit. D. ò factum

** Bemb. ad*

ctum bene.c.hem

P.Pater amicus ſummus nobis. D.quis?P.Chremes.D.narras probè.

P.Nec mora vlla eſt, quin iam vxorem ducam. C.num ille ſomniat

Ea.*quæ vigilãs voluit? P.tum de puero,Daue? D.ah,deſine:

Solus eſt,quem diligunt Dij. C. ſaluus ſum, ſi hæc vera ſunt.

Colloquar.P.quis homo eſt?Carine,in tempore ipſo mihi aduenis.

C.*Bene factũ.P.hem, audiſtin'?C. omnia. agè, me in tuis ſecundis rebus reſpice.

Tuus eſt nunc Chremes.facturum, quæ voles, ſcio eſſe omnia.

P.Memini: atque adeò longum eſt, nos illum expectare;dum exeat:

Sequere hac me.intus apud Glycerium eſt nũc. tu Daue abi domum:

Properè accerſe, hinc qui auferant eam. quid ſtas?quid ceſſas?D.eo.

Ne expectetis,dum exeant huc:intus deſpondebitur:

Intus tráſiget,ſi quid eſt quod reſtet.plaudité.

Prouerbiũ ex re natum

**Gratulatio compendioſa.*

Letus Comœdia exitus.

FINIS ANDRIÆ.

ARGVMENTVM EVNVCHI.

COmœdiæ, ut hominum vitam, caſus, conſilia imitentur, pericula continent: quòd & conſilijs, & fortunæ in periculū maximè locus eſt. Itaque cùm diſcutere periculum ratione contendāt perſonæ, varia finguntur conſilia, in quibus alia fallunt, alia felicia ſunt. Sæpe plus caſus poteſt, quam ratio. Dominatur ferè in rebus fortuna.

Superiori fabula propoſuit modeſti adoleſcentu exemplum. Is de officio ſuo honeſtè conſultat. Hîc nulla ſunt honeſta exempla, nullum honeſtum conſilium. Nam meritricij amores deſcribuntur: ut in hoc exēplo cernant iuuenes tanquā in ſpeculo, amentiam huiuſmodi amatorum. Eſt autem duplex propemodum fabula, propterea geminum argumentum recenſeo.

Primas Thraſo in hac fabula tenet. Ei cùm pollicita eſſet Thais, facturam ſe ſui copiā dies aliquot, fallitur is tamen. Eaq; protaſis fabulæ eſt.

Cum Thraſone confertur Phædria: niſi enim riualē haberet Thraſo, nihil periclitaretur in amore.

Epitaſis fabulæ eſt, cum minatur ille ſe oppugnaturum vi ædeis Thaidis.

Cataſtrophe ridicula ē. Nā Thraſo iā fract⁹ precib⁹, īpetrat, ut aliqua ſaltē ī parte apud Thaidē hæreat.

Porrò quia hæc fabula varia eſt, multumq; habet turbarum, caſu exoritur alius tumultus: vitiatur virgo, quam Thaidi miles donarat. Sed eſt læta eius quoque periculi cataſtrophe: nam vxor datur hac adoleſcenti, qui eam compreſſerat. Vt Thraſonem ridiculum amatorem fingeret, addit Gnathonem, qui eius mores mirificè depingit, ut ardelionē agnoſcas

It

In ſuperiori fabula plurimæ ſunt cōſultationes, & tota ferè conſiſtit in genere deliberatiuo. Hic plus eſt expoſtulationum, & accuſatorio, ſeu. iudiciali ſimilior eſt. Nullum autem vitæ genus eſt, vbi nō plurimùm Thraſonum reperias: neque vlli ferè rebus humanis pernicioſiores ſunt, quàm id genus, ſi contingat imperare. In templis, in aulis, in rebuſpublicis omnibus omnia miſcent, vt emereantur vulgi plauſum. Quare diligenter eſt intuenda, contemplandaq́; Traſonis imago in hac fabula, vt diſcas, quàm nihili ardeliones iſti. Somnia verius hominum, quàm homines dicas. Refert autē conferre cū hac ſimilem alicubi deſcriptiones: qualis eſt Martialē Attali, apud Catullum Suffeni: nec piget adſcribere, vt ediſcant pueri.

AD VARVM.

Suffenus iſte, Vare, quem probe noſti,
Homo eſt venuſtus, & dicax, & vrbanus:
Idemq́; longè plurimos facit verſus:
Puto eſſe ego illi millia aut decem, aut plura
Perſcripta, nec ſic, vt fit in palimpſeſto,
Relata: chartæ regiæ, noui libri,
Noui vmblici, lora rubra, membrana
Directa plumbo, & pumice omnia æquata.
Hæc cum legat, tum bellus ille, & vrbanus
Suffenus, vnus caprimulgus, aut foſſor
Rurſus videtur: tantùm abhorret, ac mutat.
Hoc quid putemus eſſe? qui modò ſcurra,
Aut ſi quid hac re triſtius, videbatur.
Idem infaceto eſt infacetior rure.
Simul poemata attigit, neque idem vnquam
Æque eſt beatus, ac poema cum ſcribit:
Tam gaudet in ſe, tamq́; ſe ipſe miratur.
Nimirum idem omnes fallimur: neq́; eſt quiſquam.

Quem

Quem non in aliqua re videre Suffenum
Poſsis. ſuus cuique attributus eſt error.
Sed non videmus, mantica, quod in tergo eſt.

IN ATTALVM.

Declamas belle, cauſas agis Attale bellè,
Hiſtorias bellas, carmina bella facis,
Componis bellè mimos epigrammata bellè:
Bellus grammaticus, bellus es aſtrologus.
Et bellè cantas, & ſaltas Attale bellè,
Bellus es arte lira, bellus es arte pila.
Nil benè cùm facias, facis attamen omnia bellè.
Vis dicam quid ſis? magnus es ardelio

EVNVCHI PERSONAE.

PHAEDRIA, adoleſcens.
PARMENO, ſeruus.
THAIS, meretrix,
GNATHO, paraſitus.
CHAEREA, adoleſcens.
THRASO, miles,
PYTHIAS, ancilla.
CHREMES, ſenex.
ANTIPHO, adoleſcens,
DORIAS, ancilla.
DORVS, eunuchus
SANGA, ſeruus.
SOPHRONA, nutrix.
*LACHES, ſenex.

C. SVLPICII APOLLI. NARIS PERIOCHA.

Iambici trimetri.

SORORE M falsò dictitatam Thaidis,
Idipſum ignorans, miles *aduexit Thraſo, *abduxit.
Ipſiq; donat. erat hæc ciuis Attica.
Eidem Eunuchum, quem emerat, tradi iubet
Thaidis amator Phædria, ac rus ipſe abit,
Thraſoni oratus biduum concederet.
Ephebus frater phædriæ, puellulam
Cùm deperiret dono miſſam Thaidi,
Ornato Eunuchi induitur: ſuadet Parmeno:
Introijt: vitiat virginem: ſed Atticus
Ciuis repertus frater eius, collocat
Vitiatam ephebo. Phędriam exorat Thraſo.

Ἀδυλον, & ἄμετρον.

Meretrix adoleſcentem, cuius mutuo amore tenebatur, excluſit: eique reuocato excluſionis cauſas reddidit. Eius frater minor natu, virginem, quam miles meretrici dono miſerat, amare cœpit: deductusq; in domum meretricis pro Eunucho, vitiat, Re itaq; cognita, cùm illuſam ſe meretrix doleret, ab eodem adoleſcente placatur: interuentuque fratris eius ciuem cognitam Athenienſem, duxit vxorem. Miles quoque in partem meretricij amoris receptus, illuditur.* *ſcilicet Chærea.

TERENTII
EVNVCHVS.

ACTA LVDIS MEGALENSIB. L. POSTVMIO ALBINO L. CORNELIO MERVLA AEDILIB. CVRVLIB. EGERE L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRENESTINVS. *TIBIIS DVABVS DEXTRIS. GRECA MENANDRV. ACTA SECVNDA. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI, M. VALERIO, C. FANNIO COSS. ANNO AB VRBE CONDITA D. XCIII.

PROLOGVS.

Iambici trimetri.

*SI quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis
Quàm plurimis, & minimè multos lædere: (ſuum.
*In his poeta hic nomen profitetur
Tum ſi quis eſt, qui dictum in ſe inclementius
*Exiſtimauit eſſe, ſic exiſtimet:
Reſponſum, non dictum eſſe, *quia læſit. pri⁹
*Qui bene vertendo, & *eas deſcribendo malè,
Ex Græcis bonis Latinas fecit non bonas.
Idem Menandri Phaſma nunc nuper dedit,
Atque *in Theſauro ſcripſit, *cauſam dicere
Priùs, vnde petitur, aurum quare ſit ſuum,
Quàm *illic, qui petit, vnde is ſit Theſaur⁹ ſibi,
Aut vnde in patrium monumentū peruenerit.
Dehinc ne fruſtretur ipſe ſe, aut ſic cogitet
Defunctus iam ſum, nihil eſt quod dicat mihi.
Is ne erret, moneo, & deſinat laceſſere:

*Modulauit Flaccus Claudij tibijs duabus, dextra & ſiniſtra. Græca menādru. Acta, II. M.

* Excuſat, cur in aduerſarium inuebatur.

*Dictum in L. lauinium. Vide adagium, Qui quæ vult dicit: & Conuiuiū poeticum. Collog.

Bemb. læſit prior

*Nā Miſcel. I. hunc locū explicat.

Bemb.

*caſdē ſcrib.

*a.

*Ideſt, reus prius excuſat ſe, quàm agit actor.

*Illis, p ille

*Habeo alia multa, *quæ nunc condonabim⁹.
Quæ proferentur pòſt, ſi perget lædere
Ita, vt facere inſtituit. *nunc quã acturi ſumus
Menandri Eunuchũ, poſtquàm ædiles ederũt,
Perfecit, ſibi vt inſpiciundi eſſet copia.
Magiſtratus cùm ibi adeſſet, occepta eſt agi.
Exclamat, furem, non poetam fabulam
Dediſſe, & nihil dediſſe verborum tamen:
*Colacem eſſe Næui, & Plauti veterẽ fabulam,
Paraſiti perſonam inde ablatam, & militis.
Si id eſt *peccatum, peccatum imprudentia eſt
Poetæ, non qui furtum facere ſtuduerit.
Id ita eſſe, vos iam *iudicare poteritis.
Colax Menandri eſt, in ea eſt paraſitus *Colax,
Et miles glorioſus: eas ſe non negat
Perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum ſuam
Ex Græca: ſed eas fabulas factas priùs
Latinas ſciſſe ſeſe, id verò pernegat.
Quòd ſi perſonis iiſdem vti aliis non licet:
Qui magis licet currentes *ſeruos ſcribere,
Bonas matronas facere, meretrices malas,
Paraſitum edacem, glorioſum militem,
Puerum ſupponi, falli per ſeruum ſenem,
Amare, odiſſe, ſuſpicari? denique
NVLLVM eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius.
*Quare æquũ eſt vos cognoſcere, atq; ignoſcere
Quæ veteres factitarunt, ſi faciant noui.
Date operam, & cum ſilentio animaduortite,
Vt pernoſcatis, quid ſibi Eunuchus velit.

**A poeta modeſtia beneuolentiam captat.*

**Plau. Bacchidibus, Si quam debes, te condono.*

Al. queis.

**Narratio.*

**Vide Nannij Miſcell. lib. 1.*

**Peccatum prius nomen eſt: poſterius verbum.*

**Purgatio.*

**Colax, Latine adulator dicitur.*

**Comicorum materia, perſonæq́.*

**Epiphonema.*

ACTVS I. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Phædria excluſus conſultat, an redire debeat ad Thaidem. Huic Parmeno ſuadet, vt animo æquo

S. Vnde egreditur? D. meo præſidio, atq; hoſpitis. S. quid illud mali eſt?
D. Ego commodiorem hominem, aduentũ, tempus non vidi. S. *ſcelus
Quemnam hic laudat? D. omnis res eſt iam in vado. S. ceſſo alloqui?
D. Herus eſt: quid agam? S. ò ſalue bone vir. D. hem Simo, ò noſter Chreme,
Omnia apparata iã ſunt intus. S. curaſti *probè.
D. Vbi voles, *arceſſe. S. bene ſanè. id enimuero hinc nunc abeſt.
Etiam tu hoc reſpondes? quid iſtic tibi negoti eſt? D. mihin'? S. ita.
D. Mihine? S. tibi ergo. D. modò introii. S. quaſi ego, quàm dudum, rogem.
D. Cum tuo gnato vnà. S. anne eſt intus Pamphilus? crucior miſer.
Ehò, non tu dixti eſſe inter eos inimicitias, carnifex?
D. Sunt. S. cur igitur hic eſt? C. *quid illum cenſes? cum illa litigat.
D. *Imò verò indignum Chreme iam facinus faxo ex me audias.
Neſcio q̃ ſenex modò venit: ellũ, cõfidẽs, cat- (des:
Cũ faciẽ videas, videt eſſe quantiuis preti:
Triſtis ſeueritas ineſt in vultu, atq; in verbis fi-
S. Quidnã apportas? D. nihil equidẽ, niſi quòd illum audiui dicere.
S. Quid ait tandem? D. Glycerium ſe ſcire ciuem eſſe Atticam.
S. *Hem, Dromo, Dromo. DR. qd eſt? S. Dromo. D. audi. S. verbum ſi addideris Dromo.
D. Audi obſecro. DR. quid vis? S. ſublimem hũc intrò rape, quantum poteſt.
DR. Quem? S. Dauũ. D. quamobrẽ? S. quia lubet.

Hic ſcelus ad ſenſum retulit: nam propter ſenſus verba ſunt, non propter verba ſẽſus.
**Probè, indignanter dicitur.*
**Sic Pierius in illud Virg. 10. Æneid. ne arceſſite.*
**Chremes Simonem irridet.*
**Audet pluſculum ſeruus, quia nihil reſtare periculi putat ſed non fert eum impunè.*
**Vide Nãn. Miſcel. lib. 1.*
**Daui verbo commotus ſeruum lorarium vocat, qui loris, id eſt, corijs alios ſeruos verberat.*

rape,

rape, inquam. D. quid feci? s. rape
D. Si quidquam mentitum inuenies, occidito.
s. nihil audio.
Ego iam te commotum reddam. D. tametſi hoc
verum eſt. s. tu tamen
Cura adſeruandum vinctum: atq; audin' quadrupedem conſtringito.
Agè, nunc iam ego pol hodie, ſi viuo, tibi
Oſtendam, herum quid ſit pericli fallere, &
Illi patrem. c. ah, ne ſæui tantopere. s. Chreme,
Pietatem gnati, nonne te miſeret mei?
Tantum laborem capere ob talem filium?
Age Pamphile: exi Pamphile ecquid te pudet.

Decorum Comicum ſeruat, non procedendo vltra vincula ad necē, quod Tragicum erat.

ACTVS V. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Simo acriter obiurgat filiū: confeſſus crimē filius veniā petit, ac ſe totū paternæ ſubijcit volūtati. Nimiū commotum Simonem placare nititur Chremes.

Iambici ſenarij & ad finē Trochaici tetrametri.

PAMPHILVS, SIMO, CHREMES.

QVIS me vult? perii: pater eſt. s. quid ais* omnium. C. ah,
Rem potiùs ipſam dic, ac mitte malè loqui.
s. Quaſi quidquam in hūc iā graui⁹ dici poſſiet.
Ain' tandem, ciuis Glyceriū eſt? p. ita prędicant
s. Ita prædicant? ò ingentem confidentiam.
Num cogitat, quid dicat? num facti piget?
*Vide, num ei⁹ color pudoris ſignum vſquam indicat?
Adeò impotenti eſſe animo, vt, præter ciuium
Morem, atque* legem, & ſui volūtatem patris,
Tamē hanc habere* ſtudeat cū ſummo probro?
p. Me miſerū. s. modone, id demū ſēſti Pāphile?
Olim iſtuc, olim, cùm ita animū induxti tuū,
Quod cuperes, aliquo pacto efficiendum tibi,

** Omnium, apoſiopeſis, irato familiaris, quando pro dignitate peccati non inuenitur conuitiū competens.*

**Vide quomodo aſſurgat.*

**Vide Nān. Miſcel. li. 1.*

**cupiat.*

Eodem die iſtuc verbum verè in te accidit:
Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero?
Cur meam ſenectutẽ huius ſollicito amẽtia? an
Vt pro huius peccatis ego ſuppliciũ ſufferam?
Imò habeat, valeat, viuat cum illa. P. mi pater.
S. *Quid mi pater? quaſi tu hui⁹ indigeas patris
Domus, vxor, liberi inuenti inuito patre:
Adducti, qui illam ciuem hinc dicant. viceris.
P. pater, licètne pauca? S. quid dices mihi?
CH. Attamẽ, Simo audi. S. ego audiam? quid ego audiam,
Chreme? CH. attamẽ dicat ſine. S. age, dicat: ſino.
P. Ego me amare hanc fateor: ſi id peccare eſt, fateor id quoque.
Tibi pater me dedo. q̃duis oneris impone, impera.
Vis me vxorem *ducere? hanc vis amittere? vt potero, feram.
Hoc modò te obſecro, vt ne credas à me allegatum hunc ſenem.
Sine me expurgem, atq; illum huc coram* adducam. S. adducas? P. ſine pater.
C. Æquum poſtulat: da veniã. P. ſine te hoc exorem. S. ſino.
Quiduis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar Chreme.
CH. PRO PECCATO magno paululùm ſupplicii ſatis eſt patri.

*Mira grauitate hic ſenſus exaggeratur; nã pluraliter de vno tantũ loquitur pater oratio pudoris plena.

*Amphibologia eſt.

*Difficultatem rei oſtendit reſumpto verbo per indignationem.

ACTVS V. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Hac ſcena cõtinet Andrij Critonis cũ Simone et Chremete cõgreſsũ, in quo error oĩs fabulæ aperitur: nam Glycerium oſtenditur hic filia eſſe Chremetis.

Trochaici & Iambici quadrati, hi acatalectici, illi catalectici, Iambicus dimeter vnus.

CRITO, CHREMES, SIMO, PAMPHILVS,

*MITTE orare. vna harum quęuis cauſa me,
vt faciam, monet,
Vel tu, vel quod verum eſt, vel quòd ipſe cupiô
Glycerio.
CH. Andriũ ego Critoné video?* et certè is eſt.
ſaluus ſis Crito:
Quid tu Athenas inſolens? CR. euenit. ſed hicci
ne eſt Simo
CH. *Hic. S. men'quæris? eho, tu Glyceriũ hinc
ciuem eſſe ais?
CR. Tu negas? S. Itane huc paratus aduenis? CR.
quare? S. rogas?
Tunc impunè hæc facias? tũc hic homines ado-
leſcentulos,
Imperitos rerũ, eductos liberè, in fraudé illicis?
Sollicitando, & pollicitando eorum animos la
ctas? CR. ſanusne es?
S. Ac meretricios amores nuptiis conglutinas?
P. Perij: metuo, vt ſubſtet hoſpes. CH. ſi Simo
hunc noris ſatis,
Non ita arbitrere. * bonus hic eſt vir. S. hic vir
ſit bonus:
*Itane attéperatè venit hodie in ipſis nuptijs,
Vt veniret antehac nũquàm? eſt verò huic cre-
dendum Chreme?
P. Ni metuam patrem, habeo pro illa re, illum
quod moneam probè.
S. Sycophãta. CR. hem. CH. ſic Crito eſt hic: mit-
te. CR. videat, qui ſiet.
Si mihi pergit, quæ volt, dicere: ea, quę nõ volt,
audiet.
Ego *iſthæc moueo, aut curo? *nõ tu tuum ma-
lum æquo animo *feres?
*Nam, ego quæ dixi, vera, an falſa audieris, iã
ſciri poteſt.

Crito hic Pãphilum alloquitur, ſic rogãtẽ verum vt de Glycerio dicat. Caſtro: hr.

**Nann. Miſcell. lib. 2.*

** Critonem aggreſſus acriter incuſat.*

** Ironia.*

** Plerunque caſus imitatur induſtriam, vt hic.*

**Bemb. iſtuc.*

**num.*

**feras?*

** Narratio hac pars eſt argumenti.*

Atticus quidam olim, naui fracta apud Andrũ eiectus eſt,
Et iſthæc vnà parua virgo. tum ille egens, forté applicat
Primum ad Chryſidis patrem ſe. s. fabulam inceptat. CH. ſine.
C. Itane verò obturbat? CH. perge. CR. tum is mihi cognatus fuit

Confirmatio veritatis.

Qui cũ recepit: ibi ego audiui *ex illo, ſeſe eſſe Atticum:
Is ibi mortuus eſt. CH. eius nomen? C. nomen tã citò tibi?
Phania. CH. hem, perii. CR. verũ hercle, opinor fuiſſe Phaniam:
Hoc certò ſcio, *Rhamnuſiũ ſe aiebat eſſe. CH. ò Iuppiter.

** Rhamnus, pagus eſt Attica maritimus, inde.*
** Rhamnuſius.*

CR Eadem hæc Chreme multi alii in Andro tũ audiuere. CH. vtinam id ſit,
Quod ſpero. ehò dic mihi, quid eá tum, ſuamne eſſe aiebat? CR. non.
CH. *cuiam igitur? CR: fratris filiam.
CH. Certè mea eſt. CR. quid ais? SI. quid tu ais?
P. *arrige aureis Pamphile.
S. Qui credis. CH. Phania ille, frater meus fuit.
S. noram, & ſcio

** Cuiam, vetuſto more dixit*
** Prouerbiũ. Metaphora à pecudibus aures arrigentibus.*

CH. Is hinc bellum fugiens meq; in Aſiam perſequens proficiſcitur.
Tum illam hic relinquere eſt veritus. poſt illa nunc primùm audio,
Quid *illo ſit factum. P. vix ſum apud me ità animus commotus eſt metu.
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.
S. Ne iſtam multi modis tua inueniri gaudeo
P. credo pater.

** Illo, ſcilicet fratre meo Phania.*
** Affectus amantis.*

CH At.

CH. At mihi vnus *ſcrupulus etiam reſtat, qui me malè habet. P. dignus es.
Cum tua religione, odium. nodū in ſcirpo quæris CR. quid iſtuc eſt?
CH. Nomen nō conuenit. CR. fuit hercle aliud huic paruæ. CH quod Crito?
*Nūquid meminiſti? CR. id quæro. P. egone huius memoriam patiar meæ
Voluptati obſtare, cū ego poſſim in hac te medicari mihi?
Non patiar, heus Chreme: quod quæris, Paſibula eſt. CR. ipſa eſt. CH. ea eſt.
P. *Ex ipſa milies audiui. S. omneis nos gaudere hoc Chreme,
Te credo credere. CH. ita me Dij ament. credo.
L. quid reſtat pater?
S. Iamdudum res reduxit me ipſa in gratiam. P. ò lepidum patrem.
De vxore ita, vt poſſedi, nihil mutat Chremes.* CH. cauſa optima eſt:
Niſi quid pater aliud ait. P. nempe. S. id ſcilicet. CH. dos eſt Pamphile,
Decem talenta. P. accipio. CH. propero ad filiā: ehò mecum Crito:
Nam illam me haut noſſe credo. S. cur non illā huc transferri iubes?
P. Rectè admones. *Dauo iſtuc dedam iā negóti. S. non poteſt.
P. Qui? S. quia habet aliud magis ex ſeſe, & maius P. quidnam? S. vinctus eſt.
P. pater, nō rectè vinctus eſt. S. haud ita: iuſſi. P. iube ſolui obſecro.
S. Agè fiat P. at matura. S. eo intrò. P. *ò fauſtū, & felicem hunc diem.

Vide Nannium. Miſcel. li. 1.

**Amoris Pāphili affectus exprimitur.*

**Notatur frequentiſſima, Pamphili cū Glicerio conſuetudo,*

**Simo cum Pamphilo iā redit in gratiam.*

**Mirè Daui mentione facit, vt ſoluatur.*

**Exclamatio amatoris.*

ACTVS V. SCENA V.

ARGVMENTVM.

Dauo narrat Pamphilus Glycerium inuentā eſſe ciuem Atticam, ſeque illam ducturum vxorē. Charinus oſtendit per Pamphilū facilè ſe impetraturum à Chremete Philumenam. Hac ſcena alterum genetum Chremeti comparat, ne aut Charinus triſtis abeat, auo non prouiſum Philumenæ ſit.

Iambici & Trochaici octonarij permiſti.

CARINVS, PAMPHILVS, DAVVS.

**Carini, & Pamphili colloquium ideo inducitur, vt vna narratione Charini quoque negotiū tranſigatur.*

*PROVISO, quid agat Pamphilus: atque eccum. P. aliquis forſan me putet
Non putare hoc verum: at mihi nunc ſic eſſe hoc verum lubet.
Ego vitam Deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror,
Quòd voluptates eorum proprię ſunt. nam mihi immortalitas
Parta eſt, ſi nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit.
Sed quem ego potiſſimum exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari?
C. Quid illuc gaudi eſt. P. Dauum video. nemo eſt quem mallem omnium:
Namq; hunc ſcio mea ſolidè ſolum gauiſurū gaudia.
D. Pamphilus vbinam hic eſt? P. Daue. D. quiſnā homo eſt? P. ego ſum. D. ò Pamphile.
P. Neſcis quid mihi obtigerit? D. certè: ſed, quid mihi obtigerit, ſcio.
P. Et quidem ego. D. more hominum euenit, vt, *quod ſim nactus mali,
Prius reſciſceres tu, quam ego, quod tibi euenit boni.
P. Mea Glyceriū ſuos parentes repperit. D. ò factum

** Bemb. ad*

ctum bene.c.hem
P. Pater amicus ſummus nobis. D.quis? P.Chremes.D.narras probè.
P.Nec mora vlla eſt, quin iam vxorem ducam. C.num ille ſomniat
Ea.*quæ vigilãs voluit? P.tum de puero,Daue? D.ah,deſine:
Solus eſt,quem diligunt Dij. C. ſaluus ſum, ſi hæc vera ſunt.
Colloquar.P.quis homo eſt?Carine,in tempore ipſo mihi aduenis.
C.*Bene factũ.P.hem, audiſtin'?C. omnia. agè, me in tuis ſecundis rebus reſpice.
Tuus eſt nucc Chremes.facturum, quæ voles, ſcio eſſe omnia.
P.Memini: atque adeò longum eſt, nos illum expectare;dum exeat:
Sequere hac me.intus apud Glycerium eſt nũc. tu Daue abi domum:
Properè accerſe, hinc qui auferant eam. quid ſtas?quid ceſſas?D.eo.
Ne expectetis,dum exeant huc:intus deſpondebitur:
Intus trãſiget,ſi quid eſt quod reſtet.plaudité.

Prouerbiũ ex re natum

Gratulatio compendioſa.

Letus Comœdia exitus.

FINIS ANDRIÆ.

ARGVMENTVM EVNVCHI.

COmœdia, vt hominum vitam, caſus, conſilia imitentur, pericula continent: quòd & conſilijs, & fortunæ in periculũ maximè locus eſt. Itaque cùm diſcutere periculum ratione contendãt perſonæ, varia finguntur conſilia, in quibus alia fallunt, alia felicia ſunt. Sæpe plus caſus poteſt, quàm ratio. Dominatur ferè in rebus fortuna.

Superiori fabula propoſuit modeſti adoleſcentis exemplum. Is de officio ſuo honeſtè conſultat. Hîc nulla ſunt honeſta exempla, nullum honeſtum conſilium. Nam meretricij amores deſcribuntur: vt in hoc exẽplo cernant iuuenes tanquã in ſpeculo, amentiam huiuſmodi amatorum. Eſt autem duplex propemodum fabula, propterea geminum argumentum recenſeo.

Primas Thraſo in hac fabula tenet. Ei cùm pollicita eſſet Thais, facturam ſe ſui copiã dies aliquot, fallitur is tamen. Eaq; protaſis fabulæ eſt.

Cum Thraſone confertur Phædria: niſi enim riualẽ haberet Thraſo, nihil periclitaretur in amore.

Epitaſis fabulæ eſt, cum minatur ille ſe oppugnaturum vi ædeis Thaidis.

Cataſtrophe ridicula ẽ. Nã Thraſo iã fractꝰ precibꝰ, ĩpetrat, vt aliqua ſaltẽ ĩ parte apud Thaidẽ hæreat.

Porrò quia hæc fabula varia eſt, multumq; habet turbarum, caſu exoritur alius tumultus: vitiatur virgo, quam Thaidi miles donarat. Sed eſt læta eius quoque periculi cataſtrophe: nam vxor datur hæc adoleſcenti, qui eam compreſſerat. Vt Thraſonem ridiculum amatorem fingeret, addit Gnathonem, qui eius mores mirificè depingit, vt ardelionẽ agnoſcas

In

In ſuperiori fabula plurimæ ſunt cõſultationes, & tota ferè conſiſtit in genere deliberatiuo. Hic plus eſt expoſtulationum, & accuſatorio, ſeu iudiciali ſimilior eſt. Nullum autem vitæ genus eſt, vbi nõ plurimum Thraſonum reperias: neque vlli ferè rebus humanis pernicioſiores ſunt, quàm id genus, ſi contingat imperare. In templis, in aulis, in rebuſpublicis omnibus omnia miſcent, vt emereantur vulgi plauſum. Quare diligenter eſt intuenda, contemplandaq; Traſonis imago in hac fabula, vt diſcas, quàm nihili ardeliones iſti. Somnia verius hominum, quàm homines dicas. Refert autẽ conferre cũ hac ſimiles alicubi deſcriptiones: qualis eſt Martialẽ Attali, apud Catullum Suffeni: nec piget adſcribere, vt ediſcant pueri.

AD VARVM.

Suffenus iſte, Vare, quem probe noſti,
Homo eſt venuſtus, & dicax, & vrbanus:
Idemq; longè plurimos facit verſus:
Puto eſſe ego illi millia aut decem, aut plura
Perſcripta, nec ſic, vt fit in palimpſeſto,
Relata: charta regiæ, noui libri;
Noui vmblici, lora rubra, membrana
Directa plumbo, & pumice omnia æquata.
Hæc cum legat, tum bellus ille, & vrbanus
Suffenus, vnus caprimulgus, aut foſſor
Rurſus videtur: tantùm abhorret, ac nutat.
Hoc quid putemus eſſe? qui modò ſcurra,
Aut ſi quid hac re triſtius, videbatur:
Idem infaceto eſt infacetior rure.
Simul poemata attigit, neque idem vnquam
Æque eſt beatus, ac poema cum ſcribit:
Tam gaudet in ſe, tamq; ſe ipſe miratur.
Nimirum idem omnes fallimur: neq; eſt quiſquam.

Quem

Quem non in aliqua re videre Suffenum
Poſsis. ſuus cuique attributus eſt error.
Sed non videmus, mantica, quod in tergo eſt.

IN ATTALVM.

Declamas belle, cauſas agis Attale bellè,
Hiſtorias bellas, carmina bella facis,
Componis bellè mimos. epigrammata bellè:
Bellus grammaticus, bellus es aſtrologus.
Et bellè cantas, & ſaltas Attale bellè,
Bellus es arte lira, bellus es arte pila.
Nil benè cùm facias, facis attamen omnia bellè.
Vis dicam quid ſis? magnus es ardelio.

EVNVCHI PERSONAE.

PHAEDRIA, adoleſcens.
PARMENO, ſeruus.
THAIS, meretrix,
GNATHO, paraſitus.
CHAEREA, adoleſcens.
THRASO, miles,
PYTHIAS, ancilla.
CHREMES, ſenex.
ANTIPHO, adoleſcens,
DORIAS, ancilla.
DORVS, eunuchus
SANGA, ſeruus.
SOPHRONA, nutrix.
*LACHES, ſenex.

C. SVLPICII APOLLI-NARIS PERIOCHA.

Iambici trimetri.

SORORẼM falsò dictitatam Thaidis,
Idipſum ignorans, miles *aduexit Thraſo, *abduxit.
Ipſiq; donat. erat hæc ciuis Attica.
Eidem Eunuchum, quem emerat, tradi iubet
Thaidis amator Phædria, ac rus ipſe abit,
Thraſoni oratus biduum concederet.
Ephebus frater phædriæ, puellulam
Cùm deperiret dono miſſam Thaidi,
Ornato Eunuchi induitur: ſuadet Parmeno:
Introijt: vitiat virginem: ſed Atticus
Ciuis repertus frater eius, collocat
Vitiatam ephebo. Phędriam exorat Thraſo.

Αδυλον, & ἄμετρον.

Meretrix adoleſcentem, cuius mutuo amore tenebatur, excluſit: eique reuocato excluſionis cauſas reddidit. Eius frater minor natu, virginem, quam miles meretrici dono miſerat, amare cœpit: deductusq; in domum meretricis pro Eunucho, vitiat, Re itaq; cognita, cùm illuſam ſe meretrix doleret, ab eodem adoleſcente placatur: interuentuque fratris eius ciuem cognitam Athenienſem, duxit vxorem. Miles quoque in partem meretricij amoris receptus, illuditur.*

** ſcilicet Chærea.*

*Habeo alia multa, *quæ nunc condonabim⁹;
Quæ proferentur pòſt, ſi perget lædere
Ita, vt facere inſtituit. *nunc quá acturi ſumus
Menandri Eunuchũ, poſtquàm ædiles ederũt,
Perfecit, ſibi vt inſpiciundi eſſet copia.
Magiſtratus cùm ibi adeſſet, occepta eſt agi.
Exclamat, furem, non poetam fabulam
Dediſſe, & nihil dediſſe verborum tamen:
*Colacem eſſe Næui, & Plauti veterẽ fabulam,
Paraſiti perſonam inde ablatam, & militis.
Si id eſt *peccatum, peccatum imprudentia eſt
Poetæ. non qui furtum facere ſtuduerit.
It ita eſſe, vos iam *iudicare poteritis.
Colax Menandri eſt, in ea eſt paraſitus *Colax,
Et miles glorioſus: eas ſe non negat
Perſonas transtuliſſe in Eunuchum ſuam
Ex Græca: ſed eas fabulas factas priùs
Latinas ſciſſe ſeſe, id verò pernegat.
Quòd ſi perſonis iiſdem vti aliis non licet:
Qui magis licet currentes *ſeruos ſcribere,
Bonas matronas facere, meretrices malas,
Paraſitum edacem, glorioſum militem,
Puerum ſupponi, falli per ſeruum ſenem,
Amare, odiſſe, ſuſpicari? denique
NVLLVM eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius.
*Quare ęquũ eſt vos cognoſcere, atq; ignoſcere
Quę veteres factitarunt, ſi faciant noui.
Date operam, & cum ſilentio animaduortite,
Vt pernoſcatis, quid ſibi Eunuchus velit.

A poeta modeſtia beneuolentiam captat.

**Plau. Bacchidibus, Si quam debes, te condono.*

Al. queis.

**Narratio.*

**Vide Nannij Miſcell. lib. 1.*

** Peccatum prius nomen eſt: poſterius verbum.*

**Purgatio.*

**Colax, Latine adulator dicitur.*

**Comicorum materia, perſonaq́.*

**Epiphonema.*

ACTVS I. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Phædria excluſus conſultat, an redire debeat ad Thaidem. Huic Parmeno ſuadet, vt animo æquo

 amo-

amoris moleſtias ferat.

Iambici trimetri.

PHAEDRIA, PARMENO.

*QVID igitur faciã? non eã? ne nũc quidem
Cum accerſor vltro? an potiùs ita me comparẽ,
Non perpeti meretricum contumelias?
Excluſit, reuocat. redeam? non, ſi me obſecret.
P. Si quidẽ hercle poſſis, nihil prius, neq; fortius:
Verùm ſi incipies, neq; *pertendes gnauiter,
Atq; vbi pati non poteris, cùm nemo expetet,
Infecta pace, vltro ad eam venies, indicans
Te amare, & ferre non poſſe: actum eſt, ilicet,
*Periſti: eludet, vbi te euictum ſenſerit.
PH. Proin tu, dũ eſt tẽpꝰ, etiã atq; etiam cogita.
P. Here, quæ res in ſe neq; conſiliũ, neq; modũ
Habet vllum, eam conſilio regere non potes.
In amore hæc omnia inſunt vitia; iniuriæ,
*Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rurſum: incerta hæc ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quàm ſi des operam, vt cum ratione inſanias:
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas:
*Egone illã? q̃ illũ? quę me? quę nõ? ſine modò:
Mori me malim: ſentiat qui vir ſiem.
Hæc verba vna mehercle falſa lacrumula,
Quã, oculos terrẽdo miſere, vix vi expreſſerit.
Reſtinguet: & te vltro accuſabis, & dabis ei
Vltro ſuppliciũ. PH. *ò indignũ facinꝰ: hũc ego
Et illam ſceleſtam eſſe, & me miſerum ſentio,
Et tædet: & *amore ardeò: & prudens, ſciens,
Viuus, videnſq; pereo: nec, quid agam, ſcio.
P. Quid agas? niſi vt te redimas *captum, quàm queas
Minimo, ſi nequeas paululo, at quanti queas:
Et ne te afflictes. PH. itane ſuades? P. ſi ſapis,

**Opponit militi riualem, quem fingit ægrè concedere dies aliquot, dum à milite Thais munus extorqueat.*

Cariſius pol. tendes, legit perficies.

**Dialogiſmos, quaſi ad alterum.*

**Similis congeries eſt in Plauti Mercatore.*

**Apoſiopeſis celeberrima.*

**Extenuatio ad auxeſim ſpectans.*

**Amoris dementia.*

**Perſtat in metaphora bellica.*

Neque,preterquàm quas ipſe amor moleſtias
Habet addas;& illas,quas haber,recte feras.
Sed ipſa egredit noſtri fundi* calimitas:
Nam quod non capere oportet, hæc intercipit

*Vide Nānij Miſc. lib. I.

ACTVS I. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Thaidis blādo ſermone victus Phædria, pollicetur ſe biduum rus conceſſurum, vt Thraſoni interim locus ſit apud illam.

Iambici trimetri.

THAIS, PHAEDRIA, PARMENO.

*MISERAM me,vereor ne illud grauius Phędria
Tulerit,neue aliorſum,atq; ego feci,acceperit:
Quòd heri intromiſs⁹ nó eſt. PH. tot⁹ Parmeno
Tremo:horreoq;,poſtquam aſpexi hanc P. bono animo es?
Accede ad ignem hunc,iam caleſces plus ſatis.
TH. Quis hic loquitur?ehem, tun' eras hic mi Phędria?
Quid hic ſtabas?cur non recta introibas? P. cęterùm
De excluſione verbum nullũ. TH. quid taces?
PH. Sanè,quia verò hę mihi patent ſemp fores,
Aut qa sũ apud te prim⁹. TH. miſſa iſthęc face.
PH. Quid miſſa?ò Thais,Thais vtinã eſſet mihi
Pars æqua amoris tecum,ac pariter fieret,
Vt aut hoc tibi doleret itidem,vt mihi dolet:
Aut ego iſtuc abs te factum nihili penderem:
TH. Ne crucia te obſecro,anime mi,Phædria.
Nó pol,quò quenquã pl⁹ amẽ, aut plus diligã,
Eò feci:ſed ita erat res:faciundum fuit.
P. Credo,vt fit, miſera præ amore excluſit hũc foras.
TH. Siccine ais Parmeno?agè, ſed huc quã gra-(tia,

*In hac ſcena exponitur occaſio fabulæ, vt Terentio initio fabulatum moſ eſt: ſimul cauſa, cur miles ſit placãdus, recenſetur.

**Reponit Thaidi vicẽ, tanquam ſal ſum dictura ſit.*

Te acceſſi iuſſi, auſculta. P. fiat. TH. dic mihi
Hoc primũ, potin' eſt hic tacere? P. *egone? optumè.
Verùm heus tu, lege hac tibi meá adſtringo fidé:
Quæ audiui, taceo, & contineo optumè.
Sin falſũ, aut vanũ, aut fictũ eſt cõtinuò palá é?

**Metaphora à vaſe futili.*

Plenus rimarum ſum, hàc atq; illàc *perfluo.
Proin tu, taceri ſi vis, vera dicito. (di.

** Narratio.*

TH. *Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rho
P. poteſt taceri hoc. TH. ibi tum matri paruolá
Puellam dono quidam mercator dedit,
Ex Attica hinc abreptá. PH. ciuéne? T. Harbitror:
Certum non ſcimus: matris nomen, & patris
Dicebat ipſa: patriam, & ſigna cętera

**Baſis figura eſt hic quando inter narrandum omnia pedetẽtim dicuntur.*

*Neq; ſcibat, neq; per ętatem etiam potuerat.
Mercátor hoc addebat, è prædonibus,
Vnde emerat ſe audiſſe abreptam è Sunio.
Mater vbi accepit, cępit ſtudioſè omnia
Docere, educare ita, vti ſi eſſet filia.
Sororem pleriq; eſſe credebant meam.
Ego cũ illo, quó cũ vno ré habebá tum hoſpite,

** Meretricẽ notat.*

Abii huc. qui mihi reliqt hęc, quæ habeo, oĩa.
P. Vtrũq; hoc falſũ eſt *effluet. TH. q. iſtuc? P. qa
Neque tu vno eras contenta, neq; ſolus dedit:
Ná hic quoq; boná, magnáq; parté ad te attulit
TH. Ita eſt: ſed ſine me peruenire, quò volo.

** Aſtutè meretrix, vbi dixit, q̃ amatorem vrgebant, blandimenta ſubijcit.*

Intereà miles, qui me amare occeperat,
In Cariam eſt profectus: te intereà loci
Cognoui. *tu te ſcis poſt illá, quàm intumum
Habeam te, & mea cõſilia vt tibi credá omnia
PH. Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P. oh, dubiumne id eſt? (eſt
TH. Hoc agite amabo. mater mea illic mortua

**Commendatio puellæ.*

Nuper: eius frater aliquantũ ad ré eſt auidior.
Is vbi hanc forma videt *honeſta virginem

Et

Et fidibus ſcire, pretium ſperans, illico
Producit, vendit. fortè fortuna affuit
Hic meus amicus: emit eam dono mihi,
Imprudens harum rerum, ignarusq; omniũ:
Is venit: poſtquàm ſenſit me tecum quoq;
Rem habere, fingit cauſas, ne det, ſedulò:
Ait, ſi fidem habeat, ſe iri prępoſitùm tibi
Apud me, ac non id metuat, ne, vbi acceperim,
Seſe relinquam, velle ſe illam mihi dare,
Verùm id vereri. ſed, ego quantùm ſuſpicor,
Ad virginẽ animũ adiecit. P. *etiamne amplius? *Eclipſis.
TH. Nihil: nã quæſiui nunc ego eã, mi Phędria,
*Multę ſunt cauſæ, quamobrẽ cupio abducere. *Cur puellã.
Primùm, quòd ſoror eſt dicta: præterea, vt ſuis abducere q̃-
Reſtituã, ac reddã. ſola ſum: habeo hic neminẽ. rat.
Neq; *amicũ, neq; cognatũ. quamobrẽ Phędria *Amicus p̃-
Cupio aliquos parare amicos beneficio meo. petuò? ama-
Id *amabo adiuta me, quo id fiat facilius. tor ad tẽpus.
Sine illum priores parteis hoſce aliquot dies *Vide quàm
Apud me habere. nihil reſpondes? PH. peſſuma, leniter preca
Egon' quidquam cum iſtis factis tibi reſpõdeã? tur, & blan-
P. Heu noſter, laudo. tandem perdoluit vir es. dè.
PH. At ego *neſcibam quorſum tu ires. paruola *Indignãtèr
Hinc eſt abrepta: eduxit mater pro ſua: omnia repe-
Soror eſt dicta: cupiò abducere, vt reddã ſuis. tit.
Nempe omnia hæc nunc verba huc redeunt denique.
Ego excludor, ille recipitur: qua gratia? (mes,
Niſi illũ *plùs amas, quam me: & iſtã nunc timeſ
Quæ aduecta eſt, ne illum talẽ præripiat tibi.
TH. Egon' id timeo? PH. quid te ergo aliud ſolli *Id eſt, fru-
citat? cedo. ſtrari. Vide
Num ſolus ille dona dat? nuncubi meam Mureti An
Benignitatem ſenſiſti in te claudier? nota. in Te-
Nonne, vbi mihi dixti cupere te ex Æthiopia rent.

Ancillulam, relictis rebus omnibus,
Quęſiui? Eunuchum porrò dixti velle te,
Quia ſolæ vtuntur his reginæ: repperi.
Heri minas viginti pro ambobus dedi:
Tamẽ contẽptꝰ abs te, hæc habui in memoriã:
Ob hec facta abs te ſpernor. TH. quid iſtuc Phędria?
Quanquam illam cupio adducere, atq; hac re arbitror
Id fieri poſſe maxumè: veruntamen
Potiꝰ, quàm te inimicũ habeã, faciã, vt iuſſeris.
PH. Vtinã iſtuc* verbũ ex aĩo, ac verè diceres,
Potiùs quàm te inimicũ habeã: ſi iſtuc crederẽ
Syncere dici, quiduis poſſem perpeti.
P. Labaſcit, victus vno verbo, quàm citò.
TH. *Ego non ex animo miſera dico? quã ioco
Rem voluiſti à me tandem, quin perfeceris?
Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum
Saltem vt cõcedas ſolum. PH. ſi quidem biduũ:
Verùm ne fiant iſti viginti dies.
TH. Profectò non plus biduum, *aut. PH. aut? nihil moror.
TH. *Non fiet: hoc modo ſine te exorẽ. PH. ſcilicet
Faciũdũ eſt, qđ vis. T. bñ facis. meritò te amo.
PH. *Rus ibo: ibi hoc me macerabo *biduum:
Ita facere certum eſt: mos gerundꝰ eſt Thaidi.
Tu Parmeno huc fac illi adducant. P. maximè.
PH. In hoc biduum Thais vale. TH. mi Phędria,
Et tu: nũquid vis aliud? PH. egone quid velim?
Cum milite *iſto præſens, abſens vt ſies:
Dies, noctesq; me ames: me deſideres:
Me ſomnies: me expectes: de me cogites:
Me ſperes: me te oblectes: mecum tota ſis:
Meꝰ fac ſis poſtremò animꝰ, quãdo ego ſũ tuꝰ.
T. Me miſerã, forſitã hic mihi paruã habeat fidẽ

Verbũ, pro dicto, ponitur.

Ego, emphaſim habet.

Apoſiopeſis.

Omnia hæc vim amoris exprimunt.

Biduũ, tanquam biennium ſit.

Iſto, per cõtemptũ, quaſi odioſo.

Atque

Atque ex*aliarum ingenijs nunc me iudicet.
Ego pol, quæ mihi ſum conſcia, hoc certò ſcio,
Neq; me finxiſſe falſi quidquam: neque meó
Cordi eſſe quenquam cariorem hoc Phædria.
Et quidquid huius feci, cauſa virginis
Feci: nã me eius fratrem*ſpero propemodùm
Iam reperiſſe, adoleſcentem adeò nobilem: &
Is hodie venturum ad me conſtituit domum.
Cócedã hinc intrò, atq; expectabo, dum venit.

** Meretrix bona hic inducitur.*
** Spero, id eſt, credo.*

ACTVS II. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Phædria rus cócedit, id quod Thaidi ſe facturum dixerat. Illius ex amore immutationé miratur Parmeno: & militis donum ita laudat, vt heri ſui Eunucho præferat.

Trochaici Iambicis permiſti, cum octonarij, tum ſenarij, vnus etiam dimeter.

PHAEDRIA, PARMENO.

FAC, ita vt iuſſi, deducantur*iſti. PA. faciam.
PH. at diligenter.
PA. Fiet. PH. at maturè. PA. fiet. PH. ſatin'hoc mã datum eſt tibi?
PA. Ah, rogitare? quaſi difficile ſit.
Vtinã tã aliqd inuenire facilè poſſis, Phędria,
Quàm hoc peribit. PH. ego quoq; vnà pereo, qđ mihi eſt*carius.
Ne iſtuc tam iniquò patiare animo. PA. minimè: quin
Effectum dabo. ſed nunquid aliud imperas?
PH. Munus noſtrũ ornato verbis, *q; poteris: &
Iſtũ æmulum, quòd poteris, ab ea pellito. PA.
Memini, tametſi nullº moneas. PH. ego rº ibo,
atque ibi manebo.
P. Cenſeo. PH. ſed heus tu. PA. quid vis? P. cenſen'poſſe me obfirmare, &

** Iſti, ſcilicet Eunuchus, et Æthiopiſſa.*
Vt riualé apponit, ita & munus, ſed decebat militis munus vincere.
** Figuratè, pro qui mihi ſum carior.*
** Quod, id eſt quoad, per craſim.*
Vide Nann. lib. I.

Perpeti, ne redeam intereà? P. tene? non hercle arbitror:

Nam aut iam reuertere, aut mox noctu te adigent horſum inſomnia.

PH. Opus faciam, vt defatiger, vſq; ingratus vt dormiam.

P. Vigilabis laſſus. *hoc plus facies. PH. abi ſis: ah, nihil dicis Parmeno.

Eiiciunda hercle hęc molities animi: nimis* me indulgeo.

Tandem ego non illa caream, ſi ſit opus, vel totum triduum? P. hui,

Vniuerſum triduũ? vide, quid agas. PH. ſtat ſententia.

P. Dii boni, q̃d hoc morbi eſt? adeon' homines immutarier.

Ex amore, vt* non cognoſcas eundem eſſe? hoc nemo fuit

Minus ineptus, magis ſeuerus quiſquam, nec magis continens:

Sed quis eſt hic, qui huc pergit? at at, hic quidẽ eſt paraſitus Gnatho (pe,

Militis. *ducit ſecũ vnà virginẽ dono huic: pa-

Facie honeſta. mirum, ni ego me turpiter hodie* hic dabo

Cum meo decreptio hoc Eunucho. hęc ſuperat ipſam Thaidem.

Id eſt, tantũ proficies, hoc plus habebis.

Nam, Miſc. lib. 1.

Vetuſtè me, pro mihi. Sic Heaut. Act. 5. Sc. 2. te indulgebant.

**Laus Phaedria ab acta ætate.*

** Oeconomia ad futurum amorem.*

**hinc.*

ACTVS II. SCENA II.

ARGVMENTVM.

*Quaſi ambulãtem Gnathonis perſonam inducit, ſub cuius verbis corrupti hominum mores oſtendũtur: maximè aſſentatorum, qui patellam ſequũtur, & ad*prandia præſto ſunt.*

**epulas.*

ACTVS II.

Trochaici, & Iambici tetrametri catalectici, additis aliquot Iambicis acatalecticis.

GNATO, PARMENO.

DII immortales, *homini homo qđ præſtat? * *Gnathonis*
ſtulto intelligens *deſcriptio.*
Quid intereſt? hoc adeò ex hac re venit in mentem mihi:
Conueni hodie aduenienſ quendam mei loci hinc, atque ordinis
Hominem, *haud impurum, itidem patria qui *Haud impurum: id eſt, nō* abligurierat bona:
Video ſentum, ſqualidum, ægrum, pannis, an- *auarum:*
nisq; obſitum. *Dialogicos*
Quid iſtuc, inquam, ornati eſt? quoniã miſer, *hæc dicũtur.*
quod habui, perdidi. hem,
Quò redactus ſum? *omnes noti me, atq; ami- * *Omnia hæc*
ci deſerunt. *ex media ſu-*
Hic ego illum contempſi præ me: quid homo, *muntur con-*
inquam, ignauiſſime? (tibi? *ſuetudine.*
Itane paraſti te, vt ſpes nulla reliqua in te ſiet
Simul conſilium cum re amiſti? viden' me ex
eodem ortum loco?
Qui color, nitor, veſtitus, q̃ habitudo corporis?
*Omnia habeo, neque quidquam habeo: nihil * *Metaphori*
cùm eſt, nihil deſit tamen. *cos à peregri*
*At ego infelix neque ridiculus eſſe, neque pla *nantibus.*
gas pati (via. * *Vide Nan-*
Poſſum. qđ tu his rebus credis fieri? tota erras *nij Miſcell.*
Olim iſti fuit generi quondam quæſtus apud *lib. 1.*
ſeclum prius. * *Glorioſos,*
*Hoc nouum eſt aucupium: ego adeò hanc pri *& iactabun-*
mus inueni viam. *dos carpit.*
Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omniũ
rerum volunt,

Nec ſunt hoc confector: hiſce ego nō paro me, vt rideant,

Adulatorū officium. Sed his vltro arrideo, & *eorum ingenia admiror ſimul:

Quidquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoque.

Negat quis, nego: ait, aio. poſtremò imperaui egomet mihi.

Sententiā verißima, *Omnia aſſentari: is quæſtus nunc eſt multò vberrimus.

hac præter-tim tempeſtate. vide hic Caſt. Io. Riu. P. ſcitum hercle hominem: hic homines prorſum ex ſtultis inſanos facit.

G. Dum hæc loquimur, intereà loci ad macellū vbi aduenimus,

Antiptoſis, aduentū, pro aduentui. Concurrunt læti mi obuiam Cupedinarii oēs, Cetarij, lanij, coq, fartores, piſcatores, aucupes Quibus & re ſalua, & perdita profuerā, & prò ſum ſæpe:

Vetus eſt, pro in tanto honore. In poteſtate dixit Cic. pro in poteſtate. Salutant, ad cœnā vocant, *aduentū gratulātur: Ille vbi miſer, famelicus, videt me eſſe *in tantum honorem, Et tam facilè victum quærere: ibi homo cœpit me obſecrare, Vt *ſibi liceret diſcere id de me. ſectari iuſſi,

Sibe, prò ſibi. Si pote, tanquam philoſophorum habent diſci plinę ex ipſis

Oſſum, id eſt, os. Vide Bemb. lib. de Terētianis fabulis, & Victor. Variarū lectionū, lib. 7. ca. 12. Al. otium. Vocabula, paraſiti itidē vt Gnathonici vocētur. P. Viden' *oſſum, & cibus quid faciat alienus? G. ſed ego ceſſo Ad Thaidem hanc deducere, & rogitare ad cœnam vt veniat. Sed Parmenonē ante oſtiūThaidis triſtē video, Riualis ſeruum: ſalua res eſt: nimirum hi homines frigent. Nebulonem hunc certū eſt ludere. P. * hice hos

mune-

munere arbitrantur
Suam Thaidem eſſe.G. plurima ſalute Parmenonem
Summum*ſuum*impertit Gnato.quid agitur?
P.ſtatur.G.video.
Nũquid nam hic, quod nolis,vides?P.te.G.credo.at nunquid aliud?
P.Qui dum?G.quia triſtis es. P. nihil equidem.
G.ne ſis.ſed quid videtur
*Hoc tibi mancipium?P.non malum hercle.G.vero hominem.P.vt falſus animi eſt
GN.Quàm*hoc munus gratum Thaidi arbitrare eſſe?P.hoc nunc dices,
Eiectos hinc nos: OMNIVM RERVM heu viciſſitudo eſt.
G.Sex ego te totos Parmeno hos menſeis quietum reddam,
Ne ſurſum,deorſum curſites;neue vſque ad lucem vigiles.
Ecquid beo te?P.men' φαπϛ.GN.*ſic ſoleo amicos.PA.laudo.
G.Detineo te;fortaſſe tu*profectur⁹ aliò fueras
P.Nuſquam.G.tum tu igitur paululum da mihi operæ:*fac,vt admittar
Ad illam.P.agè,modò nunc tibi patẽt fores hę,
quia iſtam ducis.
G.Num quem euocari hinc vis foras?P.*ſine,biduum hoc prætereat:
Qui mihi nunc vno digitulo*fores aperis fortunatus
Næ tu iſtas faxo calcib⁹ ſæpè ĩſultabis fruſtra.
G.Etiam tu hic ſtas Parmeno?ehò,numnam tu hic relictus cuſtos,
Ne quis fortè internuntius * clàm à milite ad iſtam curſitet?

*Sũ,id eſt, porcorũ. Lege Scoppa Appẽdicem Coll.cap.6.
*Paraſitica elegantia.
*Laudatio mimica.
*Gnatho inſultat Parmenoni.
*Eclipſis,ſcilicet beare.
*profectus.
*Ironicè.
*Submiſſius pronũciadũ.
*A cõtrarijs, et eſt hiperbole expreſſiſſima.
*forem.
*Ironicè.

Facetè pictum. mira verò, militi quæ placeát.
*Sed video herilem filiũ minoré huc aduenire.
Miror, quid ex Peiræo abierit: nam ibi cuſtos publicè eſt nunc.
Non temere eſt: & properás venit: neſcio quid circunſpectat.

ACTVS II. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Charea laudat fortè conſpectam virginem: queritur ſubductam: Parmeno oſtendit, qui fieri poſsit, vt illa potiatur.

Iambici octonarij, & ſenarij, item Trochaici octonarij, & vnus Iambicus dimeter.

CHAEREA, PARMENO.

*OCCIDI.
Neq; virgo eſt vſquam: neq; ego, qui illá è conſpectu amiſi meo.
Vbi quęram? vbi inueſtigem? quem percótet? *quam inſiſtam viam?
Incertus ſum vna hæc ſpes eſt.? vbi vbi eſt, diu celari non poteſt.
*O faciem pulcram: deleo omneis dehinc ex animo mulieres.
Tædet harum quotidianarum formarum. P. ecce autem alterum,
Neſcio quid de amore loquitur. ò infortunatũ ſenem.
Hic verò eſt, q. ſi amare occeperit, ludũ, iocũ q́;
Dices fuiſſe illum alterũ, *præut huius rabies quæ dabit.
CH. Vt illum Dij, deę́q; ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt,
Meq; adeò, qui reſtiterim; tum autem qui illum * flocciſecerim.

** Paraſceue ad aliam ſcenam.*

**Occaſio tanquã noua fabula, & noui motus in hac comœdia: eſt autem oratio plena affectibus.*

**Satis amatoriè, qui ſe quoque perdidit, dum illam non inuenit.*

**qua inſiſtã via? Virginis laus à forma.*

** Vide Donat. & Ioãn. Riuium.*

Se

Sed eccum Parmenonē. ſalue. P. quid tu es triſtis? quidue es alacris?
Vnde is? C. ego neſcio hercle, *neq; vnde eam, neque quorſum eam
Ita prorſum oblitus ſum mei,

** Perturbatio ex amore.*

P. Qui quæſo? C. amo. P. hem. C. nunc te Parmeno oſtendes, qui vir ſies
Scis te mihi ſæpè pollicitū eſſe Chærea, aliquid inueni
Modò, quod ames: in ea re vtilitatem ego faciam vt cognoſcas meam:
Cùm in cellulam at te patris penum omnem congerebam clanculum.
P. Agè ineptè. C. hoc hercle factum eſt. fac, ſis, nunc promiſſa appareant,
Siue adeò digna res eſt, vbi tu neruos intendas tuos.
*Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum: quas matres ſtudent.
Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, vt *graciles ſient.
Si qua eſt habitior paulò, pugilē eſſe aiunt, deducunt cibum. (ceas:
Tametſi bona eſt natura, reddūt curatura iun-
Itaq; ergo amātur. P. q̄d tua iſthæc? C. noua figura oris. P. pape.
C. *Color verus, corpus ſolidum, & ſucci plenum P. anni? C. anni? ſexdecim.
P. Flos ipſe. C. hanc tu mihi, vel vi, vel clàm, vel precario
Fac tradas: mea nihil refert, *dū potiar modo.
P. Quid, virgo cuia eſt? C. neſcio hercle. P. vnde eſt? CH. tantundem. P. vbi habitat?
C. Ne id quidem. P. vbi vidiſti? CH. in via. P. qua ratione *amiſti? C. id equidem

**Reprehēdit induſtria cultum, & laudat pulcritudinem naturæ.*

**Prob9 legit, gracila, à nominatiuo gracila. Vide Caſti. Ioan. Riu.*

**Deſcriptio formoſæ puellæ.*

**Affectus amatorius.*

**Amiſti, p ſyncopen, pro amiſiſti.*

Adue

**Cuique ſua* Adueniens mecum ſtomachabar modò: *neq;
iniuria: ma Quemquam eſſe ego hominẽ arbitror, cui ma-
xime viden gis bonæ
tur. Felicitates omnes aduerſæ ſient.
Quid hoc eſt ſceleris: perii. P. quid factum eſt
CH. rogas?
**Quidni? cor* Patris cognatum, atq; equalem Archidemidẽ
reptio. Noſtin'? P. *quid ni? CH. is, dum ſequor hác fit
mihi obuiam.
P. incómode hercle. C. imo enim vero infeliciter
**Hypotypoſis* Nam incommoda alia ſunt dicenda Parmeno.
odioſi ſenis. Illum liquet mihi deierare his menſibus.
Hyperbole ex Sex ſeptem prorſum non vidiſſe proximis,
faſtidio orta. Niſi nunc, cũ minime vellẽ, minimeq; op⁹ fuit.
Eho nonne hoc monſtri ſimile eſt? quid ais? P.
maxumè.
C. Continuo accurrit ad me, quàm longè quidẽ,
*Incuruus, tremulus, labiis demiſſis, gemens:
Heus heus, tibi dico Chærea, inquit: reſtiti.
Scin' quid ego te volebam? dic. *cras eſt mihi
Iudicium. quid tum? vt diligenter nunties
Patri, aduocat⁹ mane mihi eſſe vt meminerit.
**loquitur.* Dum hæc *dicit, abiit hora. rogo, nũquid velit
Rectè, inquit, abeo. cũ huc reſpicio ad virginẽ,
Illa ſeſe intereà commodùm huc aduerterat,
In hác noſtrá plateá. P. mirũ, ni hác dicit, modò
Huic quæ data eſt dono. C. huc cùm aduenio
nulla erat.
**Verùm, hic* P. Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginem?
inceptiua C. *Verùm paraſit⁹ cũ ancilla. P. ipſa eſt, ſcilicet
particula eſt, Deſine: iam conclamatum eſt. C. alias res agis.
nõ relatiua. P. iſtuc ago quidẽ. C. noſtin' quæ ſit? dic mihi: aut
**Noſtin? re-* Vidiſtin'? P. vidi, noui ſcio quò abducta ſit.
petitio ama C. Ehò Parmeno mi, *noſtin? P. noui. C. & ſcis
toria. vbi ſiet?

P. Huc

P. Huc deducta eſt ad Thaidem meretricem: ei
dono data eſt.
C. Quis is eſt tam potens cum * tanto munere
hoc? P. miles Thraſo,
Phędriæ riualis. C. duras fratris parteis predi-
P. imò enim, ſi ſcias quod donum huic dono
contrà comparet,
Tum magis id dicas. C. quodnã quæſo hercle? P.
Eunuchum, C. illumne obſecro
* Inhoneſtum hominem quē mercatus eſt* he-
ri, ſenem, mulierem?
P. Iſthũc ipſum. C. homò quatietur certè cũ do
no foras.
Sed iſtam Thaidem non ſciui nobis, vicinam. P. *
haud diu eſt.
C. Perii, nunquamne etiam me illam vidiſſe?
chodum, dic mihi.
Eſtne, vt fertur, forma? P. ſanè. C. at nihil ad no
ſtrâm hanc. P. alia res eſt.
C. Obſecro hercle Parmeno, fac vt potiar. P. *fa
ciam ſedulò, ac
Dabo operam: * adiuuabo. nunquid me aliud
vis? C. quò nuncis? P. domum,
Vt mancipia hæc, ita vt iuſſit frater, deducam
ad Thaidem.
C. *O fortunatum iſtum Eunuchum, qui quidē
in hanc detur domum.
P. Quid ita? C. rogitas? ſumma forma ſemper
conſeruam domi
*Videbit, colloquetur, aderit vna in vnis ædi-
bus,
Cibum nonnunquàm capiet cum ea, interdũ
propter dormiet.
P. Quid, ſi nunc tute fortunat⁹ fias? C. qua re Par
meno?

Munus affectate laudat.

Gemina vituperatio, ab ætate, et ſexu.

Herè, pro heri.

Parmeno diligentiam pollicetur.

adiutabo.

Occaſio conſilij, & noui motus.

Quinque amoris gradus.

Reſpon-

Reſponde. P. capias tu illius veſtem. C. veſtem? quid tum poſteà?

P. Pro illo te ducam. C. audio. P. te eſſe illum dicam. CH. intelligo.

P. Tu illis fruare commodis, quibus tu illũ dicebas modò:

Cibum vnà capias, adſis, tangas, ludas, propter dormias:

Quiſquam fœm. gene. ponitur. Quandoquidem illarum neque * quiſquam te nouit, neque ſcit qui ſies.

Prætereà forma, ætas ipſa eſt, facilè vt pro Eunucho probes:

C. Dixti pulcrè: nunquávidi meli⁹ cõſiliũ dari.

Agè, eamus intrò nunc iam: orna me, abduc, duc, quantùm potes.

Vafer ſeruus, non vult videri ſcelerũ auctor. P. Quid agis * iocabar equidem. C. garris. PA. perij, quid ego egi miſer?

Quò trudis? perculeris iam tu me? tibi equidẽ dico, mane.

Calid. θερμόν. Græci, pro periculoſe, dicunt. ſic & Cic. 1. Offi-cior. C. Eamus. P. pergin'? C. certum eſt. P. vide, ne nimium * callidum hoc ſit modò.

C. Nõ eſt profectò: * ſine. P. at enim iſthęc in me cudetur faba. ah,

Flagitium facinus. * Flagitium, facinus. C. an id flagitium eſt, ſi in domum meretriciam

Deducar, & illis * crucibus, quæ nos, noſtramq; adoleſcentiam

Habent * deſpicatam, & quæ nos ſemper omnibus cruciant modis,

Crucibus, id eſt, tormẽtis. Nunc referam gratiam, atq; eas itidem fallam, vt ab illis fallimur?

Argumentum a conſequentibus. * An potiùs hæc pati? ah, æquũ eſt fieri, vt à me ludantur dolis.

Quod qui reſcierint, culpent? illud meritò factum omnes putent.

P. Quid iſtuc? ſi certum eſt facere, facias: verùm ne poſt conferas
Culpam in me. C. non faciam. P. iubesne? C. iubeo, cogo, atque impero:
*Nunquam defugiam auctoritatem. PA. ſequere. Dij vortant bene.

ACTVS III. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Aſſentatur Gnatho, aſſentanti credit Thraſo, ſeque & facta ſua immodicè iactat. Cōſulit itē Gnatho, ne miles purget ſe Thaidi de amore Pamphilæ, imò potius augeat ſuſpitionē, ita par pari relaturus. Iambici ſinarij.

THRASO, GNATHO, PARMENO.

*MAGNAS verò agere gratias Thais mihi?
G. Ingenteis. T. ain' tu, læta eſt? GNA. non tā ipſo quidem
Dono, quàm abs te datum eſſe: id verò ſeriò
Triumphat. P. huc prouiſo, vt ibi tempus ſiet,
Deducam, ſed eccum militē. T. eſt* iſtuc datum
Profectò, vt grata ſint mihi quæ facio omnia.
G. Aduorti hercle animū. T. vel rex ſemper maximas
Mihi agebat, quicquid feceram, aliis non item,
G.* Labore alieno magno partam gloriam
Verbis ſæpè in ſe* tranſmouet, qui habet ſalē
*Quod in te eſt. T. habes. GNA. rex te ergo ī oculis. T. ſcilicet.
G. Geſtire. T. verùm credere omnem exercitum,
*Conſilia. G. mirum. tum ſicubi eum ſatietas
Hominū, aut negoti ſi quando odium ceperat,
Requieſcere vbi volebat, quaſi noſtin'? G. ſcio.
Quaſi vbi illam expueret miſeriam ex animo. TH. tenes.

Id eſt, fatēbor me auctore factū eſſe. Vid. M. Ant. Mureti Annotat. & Victorij Variarū Lect. libr. 5. cap. 22.

** Antea depinxit paraſitū, nūc inſulſum, & ineptū Thraſonē deſcribit.*

** Miles glorioſus à fato, & Deorū dono ſe laudat.*

**Aſſentatio mordax tū.*

**Bemb. tranſfert.*

**Sic Seruius ī illud Virgi. 1. Aen. Spumas ſalu a re ruebant. Q̄t, id eſt, q̄ res. Vide Riuij, & Fabricij Caſtig.*

** Bemb. Geſtare. T. vtro.*

* *Amara &* Tum me conuiuã ſolũ abducebat ſibi. G. * hui,
regis, et Thra Regem elegantem narras. T. imò ſic homo eſt
ſonu irriſio. Perpaucorũ hominũ. G. imò nullorũ arbitror,
Si tecum viuit. T. inuidere omnes mihi,
Mordere clanculum. ego flocci pendere:
Illi inuidere miſere: verùm vnus tamen
Impensè elephantis quem Indicis præfecerat,
Is vbi moleſtus magis eſt, quæſo, inquã, Strato
Eone es ferox, quia habes imperium in beluas?
G. Pulcrè me hercule dictum, & ſapiẽter, Papæ:
Iugularas hominem: quid ille? T. mutus illico.
G. Quidni eſſet? P. Dii voſtram fidem, hominem perditum,
Miſerumque, & illum ſacrilegũ. T. quid, illud Gnatho,
Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio,
* *Nunquam* * Nunqđ tibi dixi? G. nũquã. ſed narra obſecro.
* *Hyperbole* * Plus millies iam audiui. T. vnà in conuiuio
ex faſtidio Erat hic, quem dico, Rhodius adoleſcentulus:
narrantis. Fortè habui ſcortum: cœpit ad id * alludere.
* *ludere,* Et me irridere. quid * ais, inquam, homo impudens?
* *Ioã. Riuius*
legit agis. Vi Lepus tute es, & pulpamẽtũ quęris. G. ha ha hæ.
cius Caſti. T. Quid eſt? G. facetè, lepidè, lautè, nihil ſuprà.
* *Ridicula* Tuum obſecro ne hoc dictũ erat? vetus credidi.
militis ver- T. Audieras? G. ſępe & fert in primis. T. * meũ eſt
ba. G. Dolet dictũ imprudẽti adoleſcenti, & libero.
P. At te Dii perdant. G. quid ille quæſo? T. perditus.
Riſu omnes qui aderant, emori. denique
* *ſuſpicata* Metuebant omnes iam me. G. non iniuria.
eſt? T. Sed heus tu, purgon' ego me de iſtac Thaidi,
* *Paraſceue* Quòd eã me amare * ſuſpicatur? G. nihil minus,
in prima fa- Imò auge magis ſuſpicionem. T. cur? G. rogas?
bulæ parte, Scin, * ſi quando illa mentionem Phædriæ

Facit, aut ſi laudat, te vt male viat? T. ſentio.
G. Id vt ne fiat, hæc res ſola eſt remedio.
Vbi nominabit Phedriam, tu Pamphilam
Continuò. ſi quando illa dicet Phædriam
Intromittamus comeſſatum: tu, Pamphilam
Cantatum prouocemus. ſi laudabit hæc
Illius formam, tu huius contrà. denique
Par pari referto, quod eam mordeat.
TH. Si quidem me amaret, tum iſtuc prodeſſet Gnatho.
G. Qñ illud, quod tu das, expectat, atque amat.
Iamdudum amat te: iamdudum illi facilè fit,
Quod doleat: metuet ſp, quem ipſa nunc capit
Fructum, ne quando iratus tu* alio conferas.
TH. Bñ dixti: at mihi iſtuc nô in menté venerat
G. Ridiculum: non enim cogitaras. cæterùm
Idé hoc tute melius* quanto inueniſſes Thraſo.

Comeſſatū ĩtromittam *Riuius. Tu par pari: Seruius verò ſupra illud Vir. 1. Aen. quãdo hac te cura remordet, legit: Par pari referto, quod eam remordeat.
*Alio, locū, pro perſona poſuit.
*Quantò, cū pondere pronunciandū.

ACTVS III. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Parmeno Eunuchum, & Aethiopiſſam, Phædriæ munera, tradit Taidi, & vti iuſſus erat, verbis ornat. Eidem Thraſo & paraſitus inſultant.

Iambici ſenarij.

THAIS, THRASO, PARMENO, GNATHO, PYTHIAS.

AVDIRE vocem* viſa ſum modò militis
Atq; eccū. ſalue mi Thraſo. THR. o Thais mea.
Meum* ſuauium, quid agitur? ecquid nos amas
De fidicina iſthac? P. quàm venuſtè quod dedit
Principium aduenies. TH. plurimū merito tuo.
G. Eamus ergo ad cœná: quid ſtas? P. hem, alterū,
Ex homine hunc natum dicas. TH. vbi vis, non moror.
P. Adibo, atque adſimulabo, quaſi nunc exeam.

*Viſa ſum, de omni ſenſu dici poteſt.
*φίλημα Grecè, quod ſimul et oſculū, & ambrē ſignificat. Nāni. Miſcell. lib. 1.
*Ironia.

Ituran' Thais quopiam es? TH. hem Parmeno,
Bene feciſti: hodie itura. P. quò? T. quid? * hunc vides?
P. Video, & me tædet. vbi vis, dona adſunt tibi
A Phædria. THR. q̃d ſtamus? cur nõ imus hinc?
P. Quæſo hercle vt liceat, pace quod fiat tua,
Dare huic quæ volumus, cõuenire, & colloqui.
THR. Perpulchra credo dona, haud nr̃is ſimilia.
P. Res indicabit. heus, iubete iſtos foras
Exire, quos iuſſi. ocyus procede tu huc.
*Ex Æthiopia ẽ vſq; hęc. THR. hic sũt tres minę.
GNA. Vix. vbi tu es Dore? accede huc. hem Eunuchum tibi
Quàm liberali facie, quàm ætate integra.
THA. Ita me Dii ament, honeſtus eſt. P. quid tu ais Gnatho?
Nunquid habes, quod contemnas? quid tu autem Thraſo?
Tacent: ſatis laudant. fac periclum in literis,
*Fac in Paleſtra, in muſicis: quæ liberum
Scire æquum eſt adoleſcentem, ſolertem dabo.
THR. * Ego illũ Eunuchũ, ſi fiet opus, vel ſobrius.
P. Atque hæc qui miſit, non ſibi ſoli poſtulat
Te viuere, & ſua cauſa excludi cæteros:
Neque pugnas narrat, neque cicatrices ſuas
Oſtentat, neque tibi obſtat, quod quidam facit:
Verùm, vbi moleſtum non erit, vbi tu voles;
Vbi tempus tibi erit, ſat habet, ſi tum recipit.
THR. Apparet ſeruum hunc eſſe dñi pauperis,
Miſeriq́; G. nam hercle nemo poſſet, * ſat ſcio,
Qui haberet, qui pararet alium, hunc perpeti.
P. Tace tu, quẽ ego eſſe īfra īfimos omneis puto
Homines: nam, qui huic animum aſſentari induxeris,
*E flamma te petere cibum poſſe arbitror.

Huc, Mirè pronomẽ inuenit. ne quẽquam lædat.

**Comendatio à longinquitate loci.*

**Olim his artibus liberi erudiebãtur.*

**Honeſta eclipſis ob Thaidis præſentiam.*

**Aſſentator probat militis dictum.*

**Vetus adagiũ in adulatorẽs.*

THR. Iamne imus? THA. hos prius introducam;
&c; quæ volo,
Simul imperabo: *poſteà continuò exeo. *Poſt, huc.
THR. Ego hinc abeo: tu iſtanc opperire. P. haud
conuenit.
Vnà ire cum amica imperatorem in via.
THR. Quid tibi ego multa dicá? dñi ſimilis es.
G. Ha, ha, hæ. P. Quid rides? G. iſtuc, quod dixti
modo:
Et illud de Rhodio dictum in mentem venit.
Sed Thais exit. THR. abi, præcurre, vt ſint domi
Parata. G. *fiat. THA. diligenter Pythias *Eclipſis e-
Fac cures, ſi Chremes huc fortè aduenerit, thica, qua
Vt ores, primú vt maneat: ſi id nõ cõmodú eſt, plus vultu
Vt redeat: ſi id non poterit, ad me adducito. q̃ verbu ſi-
PY. Ita faciá. THA. quid? q̃d aliud volui dicere? gnatur.
*Hem, curate iſtam diligenter virginem: *Bemb. Ehẽ.
Domi adſitis, facite. TH. eamus. THA. *vos me *Vos, ad pe-
ſequimini. diſſequas re-
ACTVS III. SCENA III. fertur.

ARGVMENTVM.

Chremes probatus adoleſcens amari ſe à Thaide
ſuſpicatus, quem amorem effugere ſtudet.
Iambici ſenarij.

CHREMES, PYTHIAS.

*PROFECTO quanto magis magisq; cogitò, *Oratio cogi
Nimirùm dabit hæc Thais mihi magnú malú: tabũdi, & fu
Ita me video ab ea aſtutè labefactarier. tura multò
Iam tum, cùm primùm iuſſit me ad ſe accerſier antè ſecũ vo
(Roget quis, quid tibi cum illa? ne norã quidé) lutantis.
Vbi veni, cauſam, vt ibi *manerem, repperit. * Manerem,
Ait rem diuinam feciſſe, & rem ſeriam honeſti⁹, quã
Velle agere mecum. iam tum erat ſuſpicio, dormirem.
Dolo malo hæc fieri omnia. ipſa accumbere
Mecum, mihi ſeſe dare, ſermonem quærere.

Vbi friget, huc euaſit, quàm pridem pater
Mihi & mater mortui eſſent. dico, iam diu.
Rus Sunij ecquod habeam, & q̄ longè à mari:
Auellere, tāquā à pti-naciter poſſi-dente. Credo ei placere hoc: ſperat ſe à me* auellere.
Poſtremò, ecqua inde parua periſſet ſoror,
Ecquis cum ea vnà, quid habuiſſet, quū perijt,
Ecquis eam poſſet noſcere. hæc cur quæritet?
Niſi illa forte, quæ olim perijt paruula
Soror, hanc ſe intendit eſſe, vt eſt audacia.
Verùm ea ſi viuit, annos nata eſt ſexdecim,
Nō maior: Thais, ego quàm ſum maiuſcula eſt.
Miſit porrò orare, vt venirem ſeriò.
Aut dicat quid vult, aut moleſta ne ſiet:
Bem. heus heus. ecquis hic ē? Ego. Nō hercle veniā tertiò. * he⁹ heus. P. hic qs eſt?
C. *Ego ſum Chremes P. ò capitulū lepidiſſimū
C. Dico ego mihi īſidias fieri? P. Thais maximo
Te orabat opere, vt cras redires. C. rus eo.
Simplex ruſtici reſpōſio. P. Fac amabo. C. non poſſum, inquam. P. at apud nos hic mane,
Dū redeat ipſa. C. nihil min⁹. P. cur mi Chremes?
Indignatur ā attrectatione Pythiæ. C. *Malā ī rē hinc ibi. P. ſi iſtuc ita certū ī tibi,
Amabò, vt illuc tranſeas, vbi illa eſt. C. eo.
P. Abi Dorias, citò hunc deduce ad militem.

ACTVS III. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Inducit perſonam, cui narraturus eſt Chærea, quæ intus patrarit. Hoc ideo fit, vt populus percipiat auribus, quod honeſtè oculis ſubijci nequit.

Iambici tetrametri catalectici.

ANTIPHO.

Eſſemus à verbo ſum. Plautus: Minore nuſquā bene fui diſpendio. Et ſæpè alias.

Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræo,
In hunc diem vt de ſymbolis* eſſemus: Chæreā ei rei.
Præfecim⁹: dati annuli: locus, tp̄s cōſtitutū eſt.

Præterijt tempus: quo in loco dictum eſt, parati nihil eſt.
Homo ipſe nuſquam eſt: neq; ſcio, quid dicā, aut quid coniectem.
Nunc mihi hoc negoti cæteri dedere, illum vt quæram;
Ibo ad eum, viſam, ſi domi eſt * quiſnam hinc à Thaide exit?
Is eſt, an non eſt? ipſus eſt. quid hoc hominis? qui hic ornatus eſt?
Quid illud mali eſt? nequeo ſatis mirari, neq; conijcere.
Niſi, q̄dquid eſt, procul hinc libet prius, quid ſit, ſciſcitari.

Charea ſub Eunuchi habitu virgine vitiata vix cognitus.

ACTVS III. SCENA V.

ARGVMENTVM

Charea foras ꝓſiliēs, exultat, q᷑ virgine potitus ſit. Q᷑ ītus patrarit, narrat forte obuio Antiphoni. Trochaici, & Iambici tetrametri acatalecti & catalectitici.

CHAEREA, ANTIPHO.

*NVNQVIS hic eſt? nemo eſt. nunquis hinc me ſequitur? nemo homo eſt.
Iāne* erūpere hoc licet mihi gaudiū? ꝓ Iupiter,
*Nunc tempus eſt profectò, quum perpeti me poſſum interfici.
*Ne hoc gaudiū cōtaminet vita ęgritudine aliq̄
*Sed neminéne curioſum ītervenire nūc mihi,
Qui me ſequat̄, *quoquo eā rogitādo obtūdat, *enecet,
Quid geſtiam, aut quid lętus ſim, quò pergam vnde emergam, vbi ſiem
Veſtitum hunc nactus, quid mihi quæram, ſanus ſim, anne inſaniam,

*Hac verba geſtum, vul tūq; indicat exeuntis.
*Nonius rūpere hoc mihi licet.
*Inſtabilitatem fortunæ timet.
* Exordium patheticum.
*quique iā. Bēb. quoquē eam.

Auellere, táquã à ptinaciter poſſidente. *Bem. heus heus. ecquis hic ẽ? Ego.* *Simplex ruſtici reſpõſio.* *Indignatur ã attrectatione Pythiæ.*

Vbi friget, huc euaſit, quàm pridem pater
Mihi & mater mortui eſſent. dico, iam diu.
Rus Sunij ecquod habeam, & q̃ longè à mari.
Credo ei placere hoc: ſperat ſe à me* auellere.
Poſtremò, ecqua inde parua periſſet ſoror,
Ecquis cum ea vnà, quid habuiſſet, quũ perijt,
Ecquis eam poſſet noſcere. hæc cur quæritet?
Niſi illa forte, quæ olim perijt paruula
Soror, hanc ſe intendit eſſe, vt eſt audacia.
Verùm ea ſi viuit, annos nata eſt ſexdecim,
Nõ maior: Thais, ego quàm ſum maiuſcula eſt.
Miſit porrò orare, vt venirem ſeriò.
Aut dicat quid vult, aut moleſta ne ſiet:
Nõ hercle veniã tertiò. * he⁹ heus. P. hic qs eſt?
C.* Ego ſum Chremes P. ò capitulũ lepidiſſimũ
C. Dico ego mihi ĩſidias fieri? P. Thais maximo
Te orabat opere, vt cras redires. C. rus eo.
P. Fac amabo. C. non poſſum, inquam. P. at apud nos hic mane,
Dũ redeat ipſa. C. nihil min⁹. P. cur mi Chremes?
C.* Malã ĩ rẽ hinc ibi. P. ſi iſtuc ita certũ ĩ tibi,
Amabò, vt illuc tranſeas, vbi illa eſt. C. eo.
P. Abi Dorias, citò hunc deduce ad militem.

ACTVS III. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Inducit perſonam, cui narraturus eſt Chærea, quæ intus patrarit. Hoc ideo fit, vt populus percipiat auribus, quod honeſtus oculis ſubijci nequit.

Iambici tetrametri catalectici,

Eſſemus à verbo ſum. Plautus: Minore nuſquã bene fui diſpendio. Et ſæpè alias.

ANTIPHO.

HERI aliquot adoleſcentuli coimus in Piræo,
In hunc diem vt de ſymbolis* eſſemus: Chæreã ei rei.
Præfecim⁹: dati annuli: locus, tẽpus cõſtitutũ eſt.

Præterijt

Præterijt tempus: quo in loco dictum eſt, parati nihil eſt.
Homo ipſe nuſquam eſt: neq; ſcio, quid dicã, aut quid coniectem.
Nunc mihi hoc negoti cæteri dedere, illum vt quæram;
Ibo ad eum, viſam, ſi domi eſt * quiſnam hinc à Thaide exit?
Is eſt, an non eſt? ipſus eſt. quid hoc hominis? qui hic ornatus eſt?
Quid illud mali eſt? nequeo ſatis mirari, neq; conijcere.
Niſi, q̃dquid eſt, procul hinc libet prius, quid ſit, ſciſcitari.

Charea ſub Eunuchi habitu virgine vitiata vix cognitus.

ACTVS III. SCENA V.

ARGVMENTVM

Charea foras ꝓſiliẽs, exultat, q̃d virgine potitus ſit. Q̃ ĩtus patrarit, narrat forte obuio Antiphoni.
Trochaici, & Iambici tetrametri acatalecti & catalectitici.

CHAEREA, ANTIPHO.

*NVNQVIS hic eſt? nemo eſt. nunquis hinc me ſequitur? nemo homo eſt.
Iãne* erũpere hoc licet mihi gaudiũ? ꝓ Iupiter,
*Nunc tempus eſt profectò, quum perpeti me poſſum interfici.
*Ne hoc gaudiũ cõtaminet vita ęgritudine aliq̃.
*Sed neminẽne curioſum ĩteruenire nũc mihi,
Qui me ſequat̃, *quoquo eã rogitãdo obtũdat, *enecet,
Quid geſtiam, aut quid lętus ſim, quò pergam vnde emergam, vbi ſiem
Veſtitum hunc nactus, quid mihi quæram, ſanus ſim, anne inſaniam.

Hac verba geſtum, vultũq; indicat exeuntis.
Nonius rũpere hoc mihi licet.
Inſtabilitatem fortunæ timet.
* *Exordium patheticum.*
quique iã. Bẽb. quoquè eam.

Occaſiõe ob A. *Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam vi-
uiæ perſonæ, deo velle, inibo.
quæ turpiter Chærea, quid eſt, quòd ſic geſtis? quidue ſibi
geſta ob ocu hic veſtitus quærit?
los poni non Quid eſt, quòd lętus ſis? quid tibi vis? ſatiſne ſa
licebat, ſpe- nus? quid me
ctatoribus Aſpectas? quid taces? C. o feſta dies hoīs: amice
narrantur. Salue: nemo eſt omnium, quem ego magis nūc
cuperem, quàm te.
A. Narra iſtuc, quæſo, quid ſiet. C. imò ego te ob
ſecro hercle, vt audias.
Narratio, *Noſtin' hanc, quam amat frater? A. noui, nēpe
qua exponi- opinor Thaidem.
tur protaſis C. Iſtam ipſam. A. ſic cōmemineram. CH. hodie
ſecunda par- quædam eſt ei dono data
tis in fabula. Virgo. quid ego eius tibi nunc faciem prædicē,
aut laudem Antipho,
Cùm ipſum me noris, quàm elegans formarū
ſpectator ſiem?
Narratio In hac commotus ſum. AN. ain' tu? C. * primam
flagitij. dices, ſcio, ſi videris.
Quid multa verba? amare cœpi. fortè fortuna
domi
Erat quidam Eunuchus, quem mercatus fuerat
frater Thaidi:
Neque is deductus etiam tum ad eam. ſubmo-
Correptio ī nuit me Parmeno
tercipiēs nar Ibi ſeruos, quod ego arripui. A. q̄d id eſt? C. * ta
rationem. ce ſis, citius audies.
Illò, pro il- Vt veſtem cum eo mutem, & pro illo iubeā me
luc. *illo ducier.
A. Pro Eunuchon'? C. ſic eſt. A. quid ex ea re tan
dem vt caperes commodi?
Res amāti C. Rogas? *viderem, audirem, eſſem vnà, quã cū
gratiſſima. cupiebam Antipho.

Num

Num parua cauſa, aut parua ratio eſt? traditus ſum mulieri.
Illa illico vbi me accepit, læta verò ad ſe abducit domum,
Commẽdat virginem. A. cui? tibine? C. mihi. A. ſatis tutò tamen.
C. Edicit, ne vir quiſquam ad eam adeat: & mihi, ne abſcedam, imperat,
In interiore parte vt maneam ſolus cum ſola. annue,
Terram intuens modeſtè. A. miſer. C. ego, inquit, ad cœnam hinc eo: *Occaſio à ſolitudine
*Abducit ſecum ancillas: paucę, quæ circum illam eſſent, manent
Nouitiæ puellę. cõtinuò *hęc adornãt, vt lauet. *Neutrũ pro feminino, licentia poetica. Ita Heaut. Act. 4. Sc. 7. Porrò hæc talẽta dotis adpoſcent duo.
Adhortor, properent. dum apparatur, virgo in conclaui ſedet,
Suſpectans *tabulam quandam pictam, vbi inerat pictura hæc Iouem
Quo pacto Danae miſiſſe aiunt quondam in gremium imbrem aureum
Egomet quoque id ſpectare cępi. & quia conſimilem luſerat
Iam olim ille *ludum, impendio magis animus gaudebat mihi, *Tabula de Ioue, & Danae digna lupanari.
Deum ſeſe in hominem conuertiſſe, atque per alienas tegulas
Veniſſe clanculum per impluuium, fucum factum mulieri. *Ludum, non ſcelus dixit, Ioui & ſibi de nequitia blandiens.
At quem Deum? qui *templa cęli ſumma ſonitu concutit.
Ego homuncio hoc non facerem? ego illud verò ita feci, ac lubens. *Templa, cælum ipſum ſignificant.
Dum hæc mecum reputo, accerſitur lauatũ interea virgo,

Ijt,lauit, redijt:d̄inde illá i lecto illæ collocát:
Sto expectans, ſiquid mihi imperét.venit vna,
heus tu.inquit,Dore.
Cape hoc flabellum,& ventulum huic ſic facito,dum lauamur:
Vbi nos lauerim⁹, ſi voles,lauato. accipio triſtis.
AN.Tum equidem iſtud os tuum impudens videre nimium vellem,
Qui eſſet ſtatus, flabellũ tenere te aſinũ tantũ.
C.Vix elocuta hoc* ē, foras ſimul oēs pruũt ſe:
Abeunt lauatũ, perſtrepunt, ita vt fit,domini vbi abſunt.
Intereà* ſomnus virginem opprimit:ego limis aſpecto.
Sic per flabellum clanculum, & ſimul alia circunſpecto,
Satī explorata ſint.video eē;peſſulũ oſtio obdo.
A.Quid tum?c. quid tum?fatue. A.fateor.c.an ego occáſionem
Mihi oſtentatám tantá, tá breuem, tam optatá, tam inſperatam.
Amitterem?tum pol ego is eſſem verè,*qui aſſimulabar.
ANT.Sanè hercle vt dicis:ſed interim de ſymbolis quid actum eſt?
C.Paratum eſt.AN. frugi es.vbi? domin?c.imò apud libertum Diſcum.
A.Perlongè eſt.c.ſed tantò ocyus properemus. muta veſtem,
C.Vbi mutem? perij:nam domo exulo: nunc A,metuo fratrem.
Ne itus ſit:porrò auté,pater ne rure redierit iá.
AN.Eamus*ad me,ibi proximũ eſt vbi mutes.
C.rectè dicis.

*Mos familia petulātis.
*Clauſo gutture explicata narratio.
*Qui pcul, antique.
*Adme id ē i domũ meã.

Eamus:

Iam⁹:& de iſtac ſimul quo pacto porrò poſſim
Potiri,cõſilium volo capere vnà tecum. A fiat.

ACTVS IIII. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Dorias ancilla hic narrat, quid in conuiuio militis actum ſit. Eiuſdem rationis.

DORIAS.

ITA me Dij bene ament,quantùm ego*illum vidi,nonnihil timeo miſera,
Ne quam ille hodie inſanus turbam faciat,aut vim Thaidi.
Nam poſtquàm iſte aduenit Chremes adoleſcens frater virginis,
Militem rogat,vt eum admitti iubeat:ille continuò iraſci,
Neque negare audere : Thais porrò inſtare,vt hominem inuitet.
Id faciebat retinendi illius cauſa:quia illa quę cupiebat.
De ſorore eius indicare,ad eam rem tẽpus non erat.
Inuitat triſtis. manſit ibi.illa cum illo ſermonem*illico,
Miles verò ſibi putare *adductum ante oculos æmulum,
Voluit facere contrà huic ægrè. heus, inquit, puer,Pamphilam
Accerſe,vt delectet hic nos.illa exclamat,mini mè gentium.
In conuiuiũ illã?miles*tẽdere: inde ad iurgiũ
Intereà aurum ſibi clam mulier*demit: dat mihi,vt auferam:
Hoc eſt ſigni,vbi primũ poterit,ſe illinc ſubducet,ſcio,

Illũ, ſcilicet militem Thraſonẽ, infinitũ pro finito.

* *occipit*

* *Locus agnoſcendæ virginis.*

* *Tendere,id eſt,peruicaciter nitebatur. Verg. Vaſt certamine tendunt.*

* *Tẽb. demet pro demit.*

ACTVS IIII. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Secum cogitans Phædria, quæ ſit intercepi amoris paſſurus incommoda, ſi totum biduum ruri manſerit, vincente amore in vrbem redit.

Iambici ſenarij.

PHAEDRIA.

Tempus poſtulat Phædriæ reditũ, vbi acta sũt oĩa, ſ q̃ illius abſentiã deſiderabant.

*DVM rus eo, cœpi egomet mecum inter vias,
Ita vt fit, vbi quid in animo eſt moleſtiæ,
Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in
Peiorẽ partem. quid opus verbis? dũ hæc puto,
Præterii imprudẽs villam. longè iam abieram,
Cùm ſenſi. redeo rurſum, malè verò me habẽs,
Vbi ad ipſum veni *diuerticulum, conſtiti:
Occepi mecum cogitare. hem, biduum hic
Manendum eſt ſoli, ſine illa? quid tum poſteà?
Nihil eſt. quid? nihil? ſi non tangendi copia eſt,
Ehò, ne videndi quidem erit? ſi illud non licet,
Saltem hoc licebit: certè *extrema linea,
Amare, haud nihil eſt. villam prætereo ſciens.
Sed quid hoc eſt, quòd timida ſubitò egreditur
Pythias?

Quinq; amoris lineæ, viſus, colloquiũ. tactus, oſcula, concubitus.

ACTVS IIII. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Pãphylã ab Eunucho vitiatã magnopere queritur Pythias, miratur Phædria: atque ita ex illius q̃rela, & huius errore, multũ delectationis ſpectator capit.

Iambici tetrametri miſti Trochaicus, Iambicus ſenarius vnus, dimetri duo.

PYTHIAS, DORIAS, PHEDRIA.

Suprà ipſe Cherea narrauit ſuũ factũ, hic ĩ pſonas ſpargitur, & idem factũ narratur diſſimili figura oratio nis.

VBI ego illum ſceleroſum miſera, atque impiũ inueniam? aut vbi quæram?
Hoccine tã audax facinus facere eſſe auſum? pe rij. PH. hoc quid ſit, vereor.

PY. *Quinetiam inſuper ſcelus, poſtquàm ludificatus eſt virginem,
Veſtem omnem miſerè diſcidit: tum ipſam capillo conſcidit.
P. Hem. PY. qui nunc ſi detur mihi,
Vt ego unguibus facilè illi in oculos inuolarē ueneſico.
PH. Neſcio quid profectò abſente nobis turbatum eſt domi.
Adibo. quid iſtuc? quid feſtinas? aut quem quæris Pythias?
PY. *Hem Phædria, egon' quem quæram? i hinc quò dignus es cum donis tuis
Tam *lepidis. P. quid iſtuc eſt rei?
PY. Rogas me? * Eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit?
Virginem, quam heræ dono dederat miles, uitiauit. P. quid ais?
PY. Perii. P. temulenta es. PY. vtinam ſic ſint, qui mihi malè volunt.
D. Au, obſecro mea Pythias, quid iſtuc nam mōſtri fuit?
P. Inſanis. qui iſtuc facere Eunuchus potuit? PY. ego illum neſcio
Qui fuerit: hoc quod fecit, res ipſa indicat.
*Virgo ipſa lacrumat: neque cum rogites quid ſit, audet dicere.
Ille autem *bonus vir nuſquàm apparet. etiam hóc miſera *ſuſpicor,
Aliquid domo abeūtem abſtuliſſe. PH. nequeo mirari ſatis,
Quò ille abire ignauos poſſit longius, niſi domum
Fortè ad nos rediit. PY. viſe, amabo, num ſit. PH. faxo ſcies.

*Hic uideas, quāta ſit poeta copia.

* Phædria in ſonti crimen imputat.

*illepidus.

*Eunuchum quem, antiptoſis.

*Argumētis factū oſtēdit.

*Ironicôs.

* Omnes ſuſpitiones ad Eunuchū reuocat.

DO. Perij, obſecro tam infandum facinus mea tu, ne audiui quidem.

PY. At pol ego amatores audieram eſſe mulierum eos maximos.

*Sic Priſcianus legit.

Sed nihil* poteſſe: verùm miſeræ non in mentem venerat.

Nam illum aliquò concluſſem, neque illi commiſiſſem virginem.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Hic ridiculo quodam, & periucundo errore ſpectatores oblectantur. Phædria enim credit Eunuchum quæri, quē dono Thaïdi dederat, & hūc iratus adoritur, vt virginis ſtupratorē. ſignis tandē, & argumentis, comperit à Chærea fratre perpetratum ſcelus.

Iambici ſenarij, & trochaici tetrametri.

PHAEDRIA, DORVS, PYTHIAS, DORIAS.

*Vt narratio et lōgior fiat, & magis ridicula, ꝑgit in perſonas ſpargere.

*Error vtriuſq;, Phædriæ ſcilicet, & Pythiæ.

*Neſt.nūquā q.ſquā, id eſt, nulla ex nob.

*Exi foras ſceleſte. at etiam reſtitas Fugitiue? ꝑdi malè cōciliatè, D. obſecro. PH. oh, Illud vide, os vt ſibi diſtorſit carnufex. Quid huc reditio eſt? quid veſtis mutatio eſt? Quid narras? paululùm ſi ceſſaſſem Pythias, Domi nō offendiſſem, ita iam adornabat fugā:

PY. Habeſne hominē amabo? PH. q̄dni habeā?

PY. o factum bene.

D. iſtud pol verò bene? PY.* vbi eſt? PH. rogitas? non vides?

PY. Videam obſecro, quem? PH. hūc ſcilicet. PY. quis hic eſt homo?

PH. Qui ad vos deduct? hodie eſt. PHY. hūc oculis ſuis

*Noſtrarum nunquam quiſquā vidit Phędria.

PH. Nō vidit? PY. An tu hūc credidiſtiēé, obſecro.

Ad nos deductum? PH. nâque alium habui neminem. PY. au,

Ne cõparandus hic quidẽ ad illum eſt. ille erat

*Honeſta facie, & liberali. PH. ita viſus eſt *Elegãs Chæreæ deſcriptio ab ignota.

Dudum, quia varia veſte exornatus fuit:

Nunc eo tibi vr̃ fœdus, quia illam non habet.

PY. Tace obſecro, quaſi verò paululũ interſiet.

Ad nos deductus hodie eſt adoleſcentulus,

Quem tu verò videre velles Phædria

*Hic eſt vetus, vietus, veternoſus, ſenex, *Eunuchi deformis deſcriptio.

Colore muſtellino. PH. hem, quę hęc eſt fabula?

Eò redigis me, vt, quid egerim, egomet neſciã.

Eho tu emin' ego te? DO. emiſti. P. iube mihi dnuo

Reſpondeat. PH. roga. PY. veniſtin' hodie ad nos? negat.

At ille alter venit annos natus ſexdecim,

Quem ſecum adduxit Parmeno. PH. agedũ, hoc mihi expedi.

Primum iſtã quã hés, vnde habes, veſtem? taces? *Obliquæ interrogatiões quibus teſti monia deriuare nititur.

*Mõſtrũ hominis, nõ dicturus? DO. venit Chęrea

PH. Fraterne? DO. ita. PH. quando? DO. hodie. PH. quàm dudum? DO. modò.

PH. Qui cum? DO. cum Parmenone. PH. noraſne eum priùs?

D. Non: nec, quis eſſet, vnquam audierã dicier.

PH. Vnde igitur fratrem meũ eſſe ſciebas? DO. Parmeno

Dicebat, eum eſſe * is dedit hanc mihi veſtem. PH. occidi. * Eunuchus rem aperit:

DO. Meã ipſe induit: pòſt vnà ambo abierunt foras.

PY. Iam ſatis credis ſobriam eſſe me, & nihil mentitam tibi?

Iam ſatis certum eſt, virginem vitiatam eſſe? P. agè nunc bellua,

Credis

Credis huic, quod dicat? PY. quid iſti credam? res ipſa indicat.

P. Concede iſtuc paululum. audin'? etiam nunc paululum. ſat eſt.

Sic interrogat, vt ea negari uellet. *Dic dum hoc rurſum, Chærean' tuam veſté detraxit tibi?

DO. factum. PH. *& ea eſt indutus? DO. factum, P. & pro te huc deductus eſt? DO ita.

Exclamatio bifariam accipienda. P. *Iupiter magne, ò ſceleſtum, atq, audacé hominem. PY. væ mihi,

Etiam nunc non credis indignis nos eſſe irriſas modis?

P. Mirum, ni tu credis, quod iſte dicat. quid agam, neſcio.

Heus tu negato rurſum. poſsúmne ego hodie ex te exculpere

Amplificatio, & dilatio quæſtionis. Verum, *vidiſtin' fratrem Chęream? DO. non. P. non poteſt

Sine malo fateri, video: ſequere hac: modò ait, modò negat.

Ora me. DO. obſecro te verò Phædria. P. í intro. DOR. *hoi, hei.

Deploratio. P. Alio pacto honeſtè quo hinc abeam, neſcio

Actum eſt ſiquidem. tu me hic etiam nebulo ludificabere?

PY. Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technam, quam me viuere.

DOR. sic eſt PY. inueniam pol hodie, parem vbi referam gratiam.

Sed nunc quid faciendum cenſes Dorias? DO. de iſtac rogas

Virgine? PY. ita, vtrum taceamne, an prędicem? DO. tu pol, ſi ſapis,

Sanum conſilium. *Quod ſcis, neſcis, neque de Eunucho, neque de vitio virginis.

Hac

Hac re & te omni turba euolues, & illi gratum feceris.

Id modo dic, abiſſe Dorum. PY. ita faciam. DO. *ſed videon' Chremem?

Thais iam aderit. PY. quid ita? DO. quia, cũ inde abeo, iam tum inceperat

Turba inter eos. P. tu aufer aurum hoc: ego ſcibo ex hoc, quid ſiet.

Oeconomia ad futurũ fabulæ exitum

ACTVS IIII. SCENA V.

ARGVMENTVM.

A cœna militis vino ſemigrauis egreditur Chremes adoleſcens. in cuius perſona Terentius exprimit egregiè temulentorum conſuetudinem. qui priorum memores, in præſentibus titubant.

Iambici octonarij.

CHREMES, PYTHIAS.

*AT at, data hercle verba mihi ſunt. vicit vinũ quod bibi.

Ac dũ accubabam, quàm videbar mihi eſſe pulchrè ſobrius.

Poſtquàm ſurrexi, *neque pes, neque mẽs ſuum ſatis officium facit.

P. Chreme. c. quis eſt? ehem Pythias, vah, quantò nunc formoſior

Videre mihi, quàm *dudum. P. certè tu quidem pol multò hilarior.

C. Verbum hercle hoc verũ eſt: SINE CERERE *ET LIBERO *FRIGIT VENVS.

Sed Thais multò añ venit? P. an abiit iã à milite? CHR. * Iamdudum ætatem. lites ſunt inter eos*. Simplex factæ maxumæ.

P. Nihil dixit tum, vt ſequerere ſeſe? c. * nihil, niſi abiens mihi innuit.

**At at, interiectio ẽ paulatim percepti mali.*

**Temulenti conditio.*

**Dudum, id eſt, paulò antè.*

** Frigit, pro friget, antiquè.*

**Iamdudum ætatẽ, id eſt longo tẽpore.*

**. Simplex omnino Chremes inducitur.*

PY. Eho, nonne id ſat erat? C. at neſciebam id dicere illam, niſi quia
Correxit miles, quod intellexi minus: nam me extruſit foras.
Sed eccā ipsā: miror, vbi ego huic añuerterim.

ACTVS IIII. SCENA VI.

ARGVMENTVM.

Colloquuntur Thais & Chremes: contra militē ſe muniunt, quem venturum putant, vt virginem eripiat. Timidior hic Chremes inducitur, quàm Thais.

Trochaici & Iambici octonarij, Trochaicus dimeter & Iambicus dimeter.

THAIS, CHREMES, PYTHIAS.

** Paraſceue eius motus, quē miles excitabit, oppugnaturus ædes.*

** Ad rē id ē, ad opus. Na. Miſcel. li. 1.*

** Vt ruſticus pudens, & timidus, turbatus eſt his verbis.*

** Beneficiū exhibet, non pretio ſecum agit.*

CREDO equidem *illum iam affuturum eſſe, vt illam à me eripiat *ſine, (cõ
Veniat: atq; ſi illā digito attigerit vno, oculi illi Effodiētur, vſque adeò ego illius ferre poſſum ineptias,
Et magnifica verba, verba dum ſint: verū enim ſi *ad rem,
Conferentur, vapulabit.
C. Thais, ego iamdudum hic ſum. T. o mi Chreme, teipſum expecto.
Scin' tu turbam hanc te propter eſſe factam? & adeò ad te attinere hanc
Omnem rem? C *ad me? qui? quaſi iſtuc. T. quia dum tibi ſororem ſtudeo
Reddere, & reſtituere, hæc atque huiuſmodi ſum multa paſſa.
C. Vbi eſt? T. domi apud me. C. hem. T. quid eſt?
Educta ita, vti teq;. illaq; dignum eſt. C. quid ais? T. id quod res eſt.
*Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa quicquam abs te pretij.

C. Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita vti merita es, gratia.

T. At enim caue, nè prius, quàm hanc à me accipias, amittas Chreme:

Nam hæc ea eſt, quam miles à me vi nũc eripuĩ venit.

Abi tu, ciſtellam Pythias domo effer cum* monumentis.

C. Viden' tu illum Thais? P. vbi ſita eſt? T. in riſco. odioſa ceſſas?

C. Militẽ ſecum ad te quantas copias adducere?

At at. T. num *formidoloſus obſecro es mi homo? C. *apageſis,

Ego formidoloſus? nemo eſt hominum, qui viuat, minus

T. Atque ita opus eſt. au, metuo, qualem tu me eſſe hominem exiſtumes.

T. Imò hoc cogitato qui cum res tibi eſt, peregrinus eſt,

*Minus potens, quàm tu, minus notus, amicorum hic habens minus.

C. Scio iſtuc, SED TV QVOD cauere poſſis, ſtultum admittere eſt.

Malo ego nos proſpicere, quàm hunc vlciſci accepta iniuria.

Tu abi, atque oſtium obſera intus, *ego dum hinc tranſcurro ad forum.

Volo ego adeſſe hic aduocatos in turba hac. T. mane, mane.

C. Melius eſt. T. mane. C. omitte, iam adero. T. nihil opus eſt iſtis Chreme:

Hoc modò dic. *ſororem eſſe illam tuam, & te paruam, virginem

Amiſiſſe, nunc cognoſſe. ſigna oſtẽde. P. adſunt. T. cape.

*Ad bellum futurũ anĩmat.

*Monumẽta ſunt, q̃ inepti inſtrumẽta vocant.

*Timoris indicium

*Apageſis uerbũ Comicũ, ſiue aduerbiũ Græcum ideſt, recede.

*Facilẽ victoriam proponit.

*Fugiẽdi occaſionẽ quærit.

*A iuſto, & poſſibili.

*Nam violẽ *Si vim faciet, in ius ducito hominem. intelle-
tq. ciuiliter xtin'?c. probè.
reſiſti ſolet. T. fac animo hæc præſenti dicas. c. faciam. T. at
tolle pallium.
Perii, huic ipſi eſt opus patrono, quem defenſo-
rem paro.

ACTVS IIII. SCENA VII.

ARGVMENTVM.

Incpti militis vanitatem optimè hic exprimit Terentius. cum furenti ſimilis ad amicam, tanquam ad hoſtilem pergit exercitum.

Iambici & Trochaici octonarij.

*Epitaſis THRASO, GNATHO, SANGA.
priorũ partũ CREMES, THAIS.
ĩ fabula. Eſt *HANCCINE ego vt contumeliam tam inſignẽ
aũt perridi- in me accipiam gnatho?
cula. Mori me ſatius eſt. Simalio, *Donax, Syriſce, ſe-
Thraſone di- quimini.
gna. Primùm ædeis expugnabo. GN. recte. THR. virgi-
Dorax. nem eripiam. G. probè.
*Gnatho ad THR. Malè *mulctabo ipſam. G. pulcrè. THR. in
omnia aſſen- medium huc agmen* cum vecti Donax.
tatur. Tu Simalio ĩ ſiniſtrũ *cornu, tu Syriſce ĩ dxtrũ.
*Vetuſti co Cedò alios. vbi centurio eſt Sanga, & manipu-
dices. lus furum? S. eccum adeſt.
*Sic Priſci. TH. Quid ignaue? peniculon' pugnare, q isthunc
lib. 7. legit. huc portes, cogitas?
*Antiquè, S. Egone? imperatoris virtutẽ noueram, & vim
eornum. militum:
*Ridẽdo hac Sine ſanguine hoc fieri non poſſe, qui abſterge-
Sanga dicit, rem *vulnera.
*Donatus THR. Vbi alii? S. qui (malum) alii? ſolus Sannio
domi. Vide ſeruat *domi.
Riuium. THR. Tu hoſce ĩſtrue: hic ego ero poſt principia:
indo

Inde omnibus ſignum dabo.

G.* Illhuc eſt ſapere: vt hoſce inſtruxit, ipſus ſibi cauit loco. *Acerbè militè irridet.*

Thr. * hoc iam Pyrrhus factitauit.c. viden' tu Thais, quam hic rem agit?

Nimirum conſilium illud rectum eſt de occlūdendis ædibus. *Diem anti quū aduerbium eſt, & breuitatē tē poris ſignificat. Ita in Phor. Act. 3. Sc. 3. Dum igitur diem licet.*

Tha. Sanè, quòd tibi nunc vir videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt:

Ne metuas. Thr. quid videtur? GN. fundam tibi nunc nimis vellem dari,

Vt tu illos procul hinc ex* occulto cæderes: facerent fugam.

Thr. Sed eccam Thaidem ipſam video. G. quàm mox irruimus? Thr. mane.

OMNIA PRIVS EXPERIRI, quàm armis, ſapientem decet. *Timorē militis notat.*

Qui ſcis, an quæ iubeam, ſine vi faciat? G. Dii voſtram fidem,

*Quanti eſt ſapere, nunquam accedo, quin abs te abeam doctior. *Impudens aſſentatio.*

Thr. Thais, primùm hoc mihi reſponde: cùm tibi do iſtam virginem,

Dixtin' mihi hos dies ſoli dare te? Tha. quid tum poſteà. Thr. rogitas? *Per contemptum ſic reſpondet.*

Quæ mihi ante oculos amatorem coràm adduxti tuum?

Tha. Quid cum illo agas? Thr. & cum eo clàm te ſubduxti mihi?

Tha.* Libuit. Thr. Pamphilam ergo huc redde, niſi vi mauis eripi. *Libuit, ſupbū, & meretriciū uerbū.*

C. Tibi illam reddat? aut tu eam tangas? omniū. G. ah, quid ais? tace. *hæc pronomina multū ſignificantiæ habent.*

C.* Quid tu tibi vis? Thr. ego non tangam meam?

C. tuam autem furcifer?

G. Caue ſis: neſcis, cui maledicas nunc viro. C. nō tu hinc abis?

Vehemens hometiculoſi cōminatio. *Scin' tu, vt tibi res ſeſe habeat? ſi quidquā hodie hic turbæ cœperis,

Faciam, vt huius loci, dieiq;, meique ſemp̄ memineris.

G. Miſeret tui me, qui hunc tantum hominē facias inimicum tibi.

Cōuiciū in impudentes. *C. *Diminuā ego caput tuum hodie, niſi abis.

G. ain' verò canis?

Vide Nān. Miſcel. li. 9. *Siccine agis? Thr. quis tu homo es? quid tibi vis? quid cum illa rei tibi eſt?

Sic C. Scibis.: principio eam eſſe dico liberam. Th. hē. c. ciuem Atticam. Thr. hui.

C. Meam ſororem. Thr. os durum. c. miles, nunc adeò edico tibi,

Lenius hoc dicit, ne miles audiat. Ne vim facias vllam in illam. Thais, ego ad Sophronam eo

Nutricem, vt eam adducam, & ſigna oſtēdā hæc. Thr. tun' me prohibeas,

Metalepticos furtū p̄ eī fraude et dolo accipitur. Meam ne tāgam? c. prohibeo inquam. G. audin, tu? hic *furti ſe alligat.

C. Satin' hoc eſt tibi? Thr. idē hoc tu ais Thais: Th. quære, qui reſpondeat.

Vide, vani impetus quē exitū ſumāt. Thr. *Quid nunc agimus? G. *quin redeamus: iā hæc tibi aderit, ſupplicans

Vltrò. Th. credin'? G. imò certè noui ingenium mulierum:

Bēb. quid? *Nolunt, vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltrò. T. bene putas.

Mulierum conditio. G. Iam dimitto exercitum? Th. vbi vis. G. Sanga, ita vti fortes decet

Milites, domique, foriſque fac viciſſim vt memineris,

S. Iamdudum animus eſt in patinis. G. frugi es. Th. vos me hac ſequimini.

ACTVS V. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Ex Pythia ancilla Thais a Chærea vitiatam cognoſcit Pamphilam.

Iambici ſenarij.

THAIS, PYTHIAS.

*PERGIN' ſceleſta mecum perplexè loqui?
Scio, neſcio: abiit: audiui: ego non affui.
Non tu iſtuc mihi dictura aperte es, quicquid eſt?
Virgo conſciſſa veſte lacrumans obticet:
Eunuchus abijt. quamobrem? quid factum eſt? taces?
P. Quid tibi ego dicam miſera? illum Eunuchum negant
Fuiſſe. T. quis fuit igitur? P. iſte Chærea.
T. Qui Chærea? P. iſte ephebus frater Phædriæ.
T. Quid ais* venefica? P. atqui certò comperi.
T. Quid is*obſecro ad nos? aut quamobrem adductus eſt? P. neſcio,
Niſi amaſſe credo Pamphilam. T. hem miſera occidi,
Infelix, ſi quidem tu iſthæc vera prædicas,
Num id lacrumat virgo? P. id opinor. T. quid ais ſacrilega?
Iſthuccine interminata ſum hinc abiens tibi?
P. Quid facerem? ita vt tu iuſti, ſoli credita eſt.
T. Sceleſta, LVPO ouem commiſiſti. diſpudet
Sic mihi data eſſe verba. quid illic hominis eſt?
P. Hera mea tace, tace obſecro, ſaluæ ſumus:
*Habemus hominem ipſum. T. vbi is eſt? P. hem ad ſiniſtram, vides
Ne? T. video. P. comprehendi iube, quantum poteſt,
T. Quid* illi facies ſtulta? P. quid faciam, rogas?
Vide amabo, ſi non, cum aſpicias, os impudens.

*Epitaſis poſterioris partis in fabula, deprehenſo Chærea.

*Venefica, conuicium Comicum in ancillas.

*Obſecro, dolentis eſt, non negantis.

*Blandè, & puellariter.

*Priſc. Quid illo facium?

Videtur, T. nõ eſt. P. tum quæ eius cõfidẽtia eſt.

ACTVS V. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Thais cum Cherea contendit ob vitiatam Pamphilam. deinde condonat noxam petenti vxorem, quam vitiauerat.

Iambici ſenarij.

CHAEREA, THAIS, PYTHIAS.

*APVD Antiphonem vterq., mater, & pater,
Quaſi dedita opera, domi erant, vt nullo modo
Introire poſſem, quin viderent me. interim
Dum ante oſtiũ ſto; notus mihi quidnã obuiã
Venit. vbi vidi, ego me in pedes, quãtùm queo,
In angiportum quoddam deſertum, inde item
In aliud, inde in aliud: ita miſerrimus
Fui fugitando, nè quis me cognoſceret.
Sed eſt'ne hęc Thais, quã video? ipſa eſt. hęreo.
*Ah, q̃d faciã? quid mea aũt? quid faciet mihi?
T. Adeamus. bone vir Dore, ſalue. dic mihi,
Aufugiſtin'? C. hera, factũ. T. ſatin' id tibi placet?
C. Nõ. T. credin' te impunè habiturum? C. vnam
hanc noxiam
*Mitte: ſi aliã vnquã admiſero vllam, occidito
T. Nũ meã ſęuitiã veritus es? C. nõ. T. quid igitur?
Ch. hanc metui, ne me criminaretur tibi.
T. Quid feceras? C. *paulum quiddam.* P. *ehò.
paululùm impudens?
An paululum hoc eſſe tibi videtur, virginem
Vitiare ciuem? C. conſeruam eſſe credidi.
P. Conſeruã? vix me contineo, quin inuolem in
Capillũ mõſtrũ, etiam vltro deriſum aduenit.
T. Abi hinc inſana. P. quid ita verò?* debeam,
Credo, iſti quicquam furcifero, ſi id fecerim,
Præſertim cùm ſe ſeruum fateatur tuum?

**Hic cauſam reddit Chęrea, cur non mutauerit veſtem.*

** Primus metus adimit cõſiliũ, recogitatio verò, reddit confidentiam.*

** Amitte alij, dictione vllam emiſſa legunt.*

**Crimen extenuat.* T.*

** Opportunè ſtomachatur quia non fugit.*

** Vide hic caſtigationes Ioan. Riuij.*

T. *Miſſa

T. *Miſſa hæc faciamus. nō te dignum Chærea
Feciſti: nam ſi ego digna hac contumelia
Sum maximè, at tu indignus, qui faceres tamē.
*Neq, ædepol, quid nunc conſili' capiam, ſcio,
De virgine iſthac: ita conturbaſti mihi
Rationes omneis, vt eam non poſſum ſuis,
Ita vt æquum fuerat, atq; vt ſtudui, tradere,
Vt ſolidū parerem hoc mihi beneficiū Chærea.
C. At nunc dehinc ſpero eternā inter nos gratiā
Fore Thais. ſæpè ex eiuſmodi re quapiam, &
MALO EX PRINCIPIO magna familiaritas
*Conflata eſt. quid, ſi hoc quiſpiā voluit Deus?
T. Equidem pol in eā partem accipioq;, & volo
C. Imò ita quæſo. vnum hoc ſcito, contumeliæ
Non me feciſſe cauſa, ſed amoris. T. ſcio,
Et pol propterea magis nunc ignoſco tibi.
Non adeò inhumano ingenio ſum Chærea;
Neq; tā imperita, vt, quid amor valeat, neſciā.
C. Te quoq; iā Thais, ita me Dii bn̄ ament, amo.
P. Tū pol tibi ab iſthoc hera cauēdum intelligo
C. Nō auſim. P. nihil tibi q̄dquā credo. T. d̄ſinas.
C. Ego me tuæ *commendo, & committo fidei:
Nūc ego te in hac re mihi oro vt adiutrix ſies:
Te mihi patronam *cupio Thais: te obſecro:
Emoriar, ſi non hanc vxorem duxero.
T. *Tamen ſi pater. C. ah quid? volet, certò ſcio,
Ciuis modò hæc ſit. T. paululum opperirier
Si vis, iam frater ipſe hic aderit virginis:
Nutricē accerſitum ijt, quæ illā aluit paruulā:
In cognoſcendo tute ipſe hic aderis Chærea.
C. Ego verò maneo. T. vis ne interea, dū is venit,
Domi opperiamur potius, quàm hic ān oſtium?
C. Imò *p̄cupio. P. quā tu rē actura obſecro es?
T. Nā quid ita? P. rogitas? hūc tu in ædeis cogitas

*Artificioſa meretricis accuſatio.

*Aperit uiā futuris nuptijs: nā recedit à iocularibus ad ſeria.

*Placatur Thais, eſtq; paraſceue cataſtrophes

*Cōmēdo me notis: cōmitto ignotis.

*capio.

*Eclipſis, aut apoſiopeſis ſecunda.

*Amatoriè dictum.

Puellariter Recipere poſthac?T.cur non?P.crede hoc* meæ fidei, (cro
Dabit hic pugnã aliquã dnuo.T.aut, tace, obſe-
P.Parum perſpexiſſe eius uidere audaciam.
C.Non faciã Pythias.P.non pol credo Chærea,
Niſi ſi commiſſum non erit.c. quin Pythias
Tu me ſeruato.P. neque pol ſeruandum tibi
Quidquã dare auſim,neq; te ſeruare.apage te.
T.Adeſt optimè ipſe frater c.pii hercle:obſecro
Abeamus intrò Thais:nolo,me in via
* *Interrogatio increpatoria.* Cum hac veſte videat.T.* quamobrem tãdem? an quia pudet?
C.Idipsũ.P.idipſum?virgo verò?T.i.prę,ſequor
Tu iſthic mane,vt Chremẽ introducas Pythias.

ACTVS V. SCENA III.

ARGVMENTVM.

* *Vt plixior eſſet riſus, ſpargitur cataſtrophe in alias pſonas, & terretur ſeruulus Parmeno.*

Pythias ſecum cogitat, quo dolo Parmenonem vlciſci poſſit.

Iambici ſenarij.

PYTHIAS, CHREMES, SOPHRONA.

*QVID, quid venire in mentẽ nũc poſſit mihi.
Quid nam?qui referam illi ſacrilego gratiam.
* *Plus intulit, quàm rogabatur.* Qui hunc ſuppoſuit nobis?c.moue verò ocyùs
Te nutrix.s.moueo.c.video,ſed nihil pmoues.
P.Iamne oſtendiſti ſigna nutrici?c.omnia.
* *Ironicos.* P.Amabo, qd ait?cognoſcitne?c.*ac memoriter
P.Bene ædepol narras· nam illi faueo virgini.
Ite intrò. iamdudum hera vos expectat domi.
is. * Virum bonum eccum Parmenonem incedere
* *Vindictam expetit.* Video:vide,vt otioſus ſit,ſi Diis placet.
Spero me habere,q hunc meo* excruciẽ modo.
* *Mina fæminea.* Ibo intrò,de cognitione vt certum ſciam:
Poſt exibo, atque hũc * perterrebo ſacrilegum.

ACTVS

ACTVS V. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Gloriatur Parmeno, quòd Chareã pro eo eunucho ad Thaidem deduxerat: meretricum ſordes commemorat, quam rem iniquo fert animo Pythias.

Iambici ſenarij.

PARMENO, PYTHIAS.

REVISO, quidnam Chærea hic rerum gerat.
Quòd ſi aſtu rem tractauit, Dii voſtram fidem,
Quantam, & quã veram laudem capiet Parmeno.
Nam vt omittam, ꝙ ei amorẽ difficillimum, &
Cariſſimum ab meretrice auara: virginem
Quam amabat, eam confeci ſine moleſtia,
Sine ſumptu, ſine diſpendio. tum hoc, alterum.
Id verò eſt, quod ego mihi puto* palmarium,
Me repperiſſe, quomodo adoleſcentulus
Meretricum ingenia, & mores poſſet noſcere.
Maturè vt cùm cognorit, perpetuò oderit.
Quæ, dum foris ſunt, nihil* videtur mundius,
Nec magis compoſitum quidquam, nec magis elegans:
Quæ, cum amatore ſuo cùm cœnant, ligurriunt.
Harum videte ingluuiem, ſordes, inopiam,
Quàm inhoneſtæ ſolę ſint domi, atq; auidę cibi.
Quo pacto ex iure heſterno panẽ atrum vorent:
Noſſe omnia hęc, ſalus eſt adoleſcentulis.
P.*Ego te pol pro iſtis dictis & factis, ſcelus,
Vlciſcar, vt ne impunè in nos illuſeris.

** Palmariũ, id eſt, palma dignum.*

** Meretricũ mores.*

** Miro poetæ artificio Pythias nondum placatur.*

ACTVS V. SCENA V.

ARGVMENTVM.

Parmenonem terret Pythias, confingens intus colligatum à Chremete Chæream propter oblatum Pamphilæ vitium.

Trochaici tetrametri catalectici.

PYTHIAS, PARMENO.

*Singula pauido, & attonito vultu proferenda.

*PRo fidem Deum, facinus fœdum: o infelicem adoleſcentulum,
O ſceleſtum Parmenonem, qui iſtum huc adduxit. PA. quid eſt?
P. Miſeret me: itaque, vt ne viderē, miſera huc effugi foras.

* Graues pœna, exempla dicuntur.

Quæ futura* exempla dicunt in eum indigna?
PA. o Iuppiter,
Quæ illhęc turba eſt? num nam ego perii? adibo. quid iſtuc Pythias?
Quid ais? in quem exempla fient? P. rogitas audaciſſime?

*Hoc terribiliter, & cum geſtu fœmineo.

* ita?

*Perdidiſti iſtum, quem adduxti pro Eunucho, adoleſcentulum,
Dum ſtudes dare verba nobis. PA. quid* ais? aut quid factum eſt? cedò.
P. Dicam. virginem iſtam, Thaidi hodie quæ dono data eſt,

* Auxeſis ē, virginē, ciuē, nobilem.

Scin' eam hinc* ciuem eſſe? & eius fratrē apprimè nobilem?
PA. Neſcio. P. atqui ſic inuenta eſt: eam iſte vitiauit* miſer.

*Hoc Parmenoni horrore incutit.

Ille vbi id reſciuit factum frater violētiſſimus.
PA. Quidnam fecit? P. colligauit primùm eum miſeris modis. PA. hem.

* Repetitio uerbi præ timore, et ira.

*Colligauit? P. atque equidem orante, vt ne id faceret, Thaide.

* minitatur.

PA. Quid ais? P. nunc* minatur porrò ſeſe id,
*quod mœchis ſolet:

* Quod mœchis: amputare ſcilicet virilia.

Quod ego nūquam vidi fieri, neque velim. PA. qua audacia
Tantum facinus audet? P. quid ita tantùm? PA. an non hoc maximum eſt?

Quis homo pro mœcho vnquàm vidit in domo
meretricia
Deprehendi quéquam? P.*neſcio. PA. at ne hoc *Aſtutè dicitur.
neſciatis Pythias,
Dico, edico vobis, noſtrum eſſe illum herilé filium. P. hem.
Obſecro an is eſt? PA. ne quam in illum Thais
vim fieri ſinat.
*Atque adeò autem cur non egomet intrò eo? *Ornata, & familiaris locutio.
P. vide Parmeno
Quid agas, ne neque illi proſis, & tu pereas: ná
hoc putant,
Quidquid factum eſt, ex te eſſe ortum. PA. quid
igitur faciam miſer?
Quidue incipiam? ecce autem video rure redeũ
tem ſenem.
*Dicá huic, an non? dicam hercle, etſi mihi ma *Hoc fit, vt nuptiæ conficiantur, ſene interueniéte.
gnum malum
Scio paratum: ſed neceſſe eſt, hic vt ſubueniat.
P.* ſapis.
Ego abeo intrò: tu iſti narrato omnem ordiné, *Ironicè, irriſoriè.
vt factum ſiet.

ACTVS V. SCENA VI.

ARGVMENTVM.

A villa otioſo & quieto redit ad vrbē animo hic ſenex: neque enim mores ſuorum clamitat, neque mali quippiā ſuſpicatur: ſed ruſculo ſuo gratias agit: cuius beneficio ignorat, quid in vrbe agant filij quorum amores & facta nunc demum cognoſcit ex Parmenone.

Iambici ſenarij.

*LACHES, PARMENO. *SENEX.

*Ex meo propinquo rure hoc capio commodi: *Energia ſenilis eloquij.
Neque agri, neq; vrbis odiũ me vnquá pcipit.

Vbi ſatietas cœpit fieri, commuto locum.
Sed eſtne ille*noſter Parmeno?& certè ipſ? eſt.

*Parmeno ſeſe temerè prodit.

Quem præſtolare Parmeno hic ante oſtium?
P.Quis homo eſt?ehem, ſaluom te aduenire herè gaudeo.
L.Quem præſtolare?P.perii:lingua heret metu.
L.hem,
Quid eſt?quid trepidas? ſatisne ſaluè?dic mihi.
P.Here, primũ te arbitrari id, qđ res eſt, velim:

*Expurgatio criminis tanquam obijciatur.

Quidqđ hui⁹ factũ eſt, *culpa nõ factũ eſt mea.
L.Quid?P.rectè ſanè interrogaſti.oportuit
Rem prænarraſſe me.emit quendam Phædria
Eunuchũ, qué dono huic daret.L.cui?P.Thaidi.
L.Emit?perii hercle.quanti?P.viginti minis.

*Deſperãtis verbum.

L.*Actum eſt.P.tum quandam fidicinam amat hic Chęrea.
L.Hem, quid?amat?an ſcit iam ille, quid meretrix ſiet?

*Prouerbiũ

An in aſtu venit? *aliud ex alio malum.
P.Here, ne me ſpectes: me ĩpulſore hęc nõ facit.
L.Omitte de te dicere: *ego te furcifer.

*Pulcra apoſiopeſis, ſcilicet, vlciſcar

Si viuo, ſed iſtuc quidquid eſt primum expedi.
P.Is ꝓ illo Eunucho ad Thaidé hãc deduct⁹ eſt.
L.*Pro Eunucho?P.ſic eſt. hũc ꝓ męcho poſteà

*Admiratiue.

Comprehendere intus, & cõſtrinxere. L. occidi.
P.Audaciam meretricũ ſpecta.L.nunquid id eſt
Aliud mali, damniue, quod non dixeris,
Reliquum?P.tm̃ eſt.L.ceſſo huc intro irrũpere?
PA.Nõ dubium eſt, quin mihi magnum ex hac re ſit malum,
Niſi, quia neceſſe fuit hoc facere, id gaudeo,
Propter me hiſce aliquid eſſe euenturum mali:
Nam iam diu aliquã cauſam quærebat ſenex,

*Bembijs.

Quamobrem inſigne aliquid faceret: * is nunc repperit.

ACTVS

ACTVS V. SCENA VII.

ARGVMENTVM.

Pythias egrediens irridet Parmenonem plus ſatis credulũ: ſimul populũ docet, quid intus egerit ſenex. Iambici octonarij catalectici.

PYTHIAS, PARMENO.

*NVNQVAM ædepol quidquam iamdiu, quod magis vellem euenire,
Mihi euenit, quàm quòd modò ſenex intrò ad nos venit errans.
Mihi ſolę ridiculo fuit, quæ, qd timeret, ſciebã.
PA. Quid hoc autẽ eſt? P. nunc id prodeo, vt conueniam Parmenonem.
Sed vbi, obſecro eſt? PAR. men' quærit hęc? P. atque eccum video: adibo.
PAR. Quid eſt inepta? quid tibi vis? quid rides? pergin'? P. perij.
*Defeſſa iam ſum miſera, te ridendo. PA. quid ita? P. rogitas?
Nunquam ædepol hominem ſtultiorem vidi, nec videbo. ah,
Non* poſſum ſatis narrare, quos ludos pbueris intus,
At etiam primò callidum, & diſertum credidi hominem.
Quid? *illicone credere ea, q̃ dixi, oportuit te?
An pœnitebat flagitij, te auctore quod feciſſet
Adoleſcẽs, ni miſerum inſuper etiam patri indicares?
Nã qd illi credis animi tũ fuiſſe, vbi veſtẽ vidit
Illã eſſe eũ indutũ pater? quid, iã ſcis te periſſe.
PAR. Hem, quid dixti peſſuma? an mentita es? etiam rides?
Itane* lepidũ tibi viſum eſt ſcelus, nos irridere? P. nimium.

** Hic pſona cachinnans inducitur, quarẽs Parmenonem, cuius aſpectu ob nimiũ riſum vix loqui poteſt.*

** Hac verba pronunciãda ſunt riſu interrumpẽte.*

** pote ſatis narrari. al. ſatis poteſt narrari.*

** Obiurgatio de leuitate credendi.*

** Lepidũ ſcelus, irriſionẽ intelligit.*

PA. Si quidem iſtuc impunè habueris. P. verū?
PA. reddam hercle. P. credo:

* *Id eſt, in lō gā dilationē, ad tēpus. Ita in Phorm. Act. 5. Sc. 2. In diē abijt.*

Sed* in diē iſtuc Parmeno eſt fortaſſe quod mitigare:
Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas
Flagitiis, & eundem indicas: vtei que exempla in te edent.
PA. Nullus ſum. P. hic pro illo munere tibi honos eſt habitus: abeo.
PA. Egomet meo indicio, miſer, quaſi ſorex, hodie perij.

ACTVS V. SCENA VIII.

ARGVMENTVM.

Statuit hic miles vltro ſe dedere Thaidi, Herculis exēplo, qui Omphale ſeruiuit in lanificio, p claua & leonis tegmine, acceptis ab ea calatho & colo.

Trochaici octonarij catalectici.

GNATO, THRASO.

* *Cataſtrophē orditur ā milite: Attēde Gnathonem ſemp inuitū à mēſa trahi*

*QVID nunc? qua ſpe, aut quo cōſilio huc im⁹? quid cœptas Thraſo?
T. Egone? vt Thaidi me dedam, & faciam, quod iubeat GN. quid eſt?
TH. Qui minus quàm Hercules ſeruiuit Omphale? GN. exemplum placet.
Vtinā tibi commitigari videā ſandalio caput.
Sed fores crepuere ab ea. TH. perij. quid autem hoc eſt mali?
Hunc ego nunquam* viderā: & iam hinc quidnam properans proſilit?

* *viderам etiam.*

ACTVS V. SCENA IX.

ARGVMENTVM.

Qui aliàs gaudebat à ſe vitiatā puellā Charea, eādem quòd permiſſu ſit parentis habiturus vxorem,

nunc exultat. Et in partem amoris recipitur à Thaide miles Thraſo.

Iambici & Trochaici tetrametri.

CHAEREA, PARMENO, PHAEDRIA, GNATO, THRASO.

O*POPVLARES, ecquis me viuit hodiè fortunatior?
Nemo hercle quiſquam: nam in me planè Dij poteſtatem ſuam
*Omnem oſtendere, cui tam ſubitò tot cõgruerint commoda.
PAR. Quid hic lęt⁹ eſt? C. o Parmeno mi, ò mearum voluptatum omnium
Inuẽtor, inceptor, perfector, ſcin' me, in quib⁹ ſim gaudiis?
Scis Pamphilam *meam inuentam ciuẽ? PAR. audiui. C. ſcis ſponſam mihi?
PAR. Bene, ita me Dii ament, factum. C. audin' tu, hic quid ait? C. cum autem Phędriæ
Meo fratri gaudeo amorem eſſe omnẽ in tranquillo: vna eſt domus:
Thais patri commendauit ſe in clientelam, & fidem,
Nobis dedit ſe. PAR. fratris igit̃ Thais tota eſt: C. ſcilicet.
PAR. Iam hoc aliud eſt, quod gaudeam⁹: miles *pellitur foras.
C. Tum tu, frater, vbi vbi eſt fac quàm primùm hæc audiat. PAR. viſam domum.
T. Nunquid Gnatho dubitas, quin ego nunc p̃petuò perierim?
G. Sine dubio, opinor. C. quid commemorẽ primùm, aut quem laudem maxumè?
Illum, qui mihi dedit conſilium, vt facerem, an me, qui id auſus ſim?

**Populares, qui eſtis de populo, vel quibus populus fauet.*
**Mira aux eſis.*
**Bemb. qui, pro cui. antiquè. al. quoi.*
**Amatoriè dixit.*
**Sponſam participium hic eſt.*
**pelletur.*
**Diaporeſis oratoria. i. interrogatio ſubdubitatione, familiaris laudantibus.*

Incipere? an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit,

Quæ tot res, tantas, tam opportunè in vnum concluſit diem? an

Mei patris feſtiuitatem, & facilitatem? ò Iupiter,

Obſecratio contra fortunæ varietatem. Serua* obſecro hæc nobis bona. PH. Dii voſtram fidem; incredibilia

Parmeno modò q̃ narrauit. ſed vbi eſt frater? C. præſtò adeſt:

Laus Thaidis à Cherea. PH. Gaudeo. C. ſatis credo. *nihil eſt Thaide hac frater tua dignius,

Quod ametur: ita noſtræ eſt omni fautrix familiç. PH. hui, mihi

Inſuauiſſimus amor eſt, quo frui non licet. Illam laudas? T. perii, *quantò minus ſpei eſt, tantò magis amo.

Obſecro Gnatho, in te ſpes eſt. C. quid vis faciã? T. perfice hoc

Precibus, pretio, vt hæreã in parte aliqua tandem apud Thaidem.

Bemb. G. Difficile eſt. T. ſi quid* collibuit, noui te. hoc ſi* effeceris,

** cõlibitum.* ** feceris.* Quoduis donum, præmiũ à me optato, id optatum feres.

** Donum pacto dignũ.* G. Itane? T. ſic erit; G. ſi officio hoc, poſtulo vt tua mihi* domus,

Te pręſente, abſente pateat inuocato vt ſit loc⁹

Semper. T. do fidem ita futurũ. G. accingar. PH. quem ego hic audio?

O Thraſo. T. ſaluete. PH. tu fortaſſe, quę facta hic fient,

** Superbe, ac minaciter pronuncianda.* Neſcis. T. ſcio. PH. *cur te ergo in his ego conſpicor regionibus?

T. Vobis fretus. PH. ſcis quàm fretus? miles edicò vbi

Si in platea hac te offendero poſt vnquam, nihil quod dicas mihi,
Alium quęrebam. iter hac habui, periſti. G. eia, haud ſic decet.
PH. *Dictum eſt. G. non conoſco veſtrum tã ſuperbum. PH. ſic erit.
GN. Priùs audite paucis: quod cũ dixero, ſi placuerit,
Facitote. PH. audiamus. GN. tu concede paululũ iſtuc Thraſo.
Principiò ego vos ambo credere hoc mihi vehementer velim,
Me*huius quidquid* facio, id facere maximè cauſa mea:
Verùm idem ſi vobis prodeſt, vos non facere inſcitia eſt.
PH. Quid id eſt? GN. militem ego riualem recipiundum cenſeo. PH. hem,
Recipiundum? G. cogita modò. tu hercle cum illa Phædria.
Et libenter viuis, etenim bene libẽter victitas,
Et quod des paululùm, & neceſſe eſt multùm accipere Thaidem,
*Vt tuo amori ſuppeditare poſſit ſine ſumptu tuo.
Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex vſu tuo,
Nemo eſt. principiò & habet quod det, & dat nemo largiùs.
*Fatuus eſt, inſulſus, tardus, ſtertit noctesq́; & dies.
Neq; iſtum metuas ne amet mulier: facilè pellas vbi velis.
PH. Quid agimus? G. prætereà hoc etiam, quod ego vel primum puto,

*Insinuatio.

*Ambo, pro ambos.

*Insinuandi præcepta ſeruat.

*faciam.

*Perſuaſiones variæ ab vtili.

*Fatui, verbis & dictis: inſulſi, corde & animo: tardi, corpore & mente.

Accipit*hominem nemo melius prorſum,neque prolixius.
P. Mirū, ni illoc homine quoquo pacto opus eſt. C. idem ego arbitror.
G. Recte facitis vnum etiā vos oro,vt me in veſtrum gregem
Recipiatis:ſatis diu hoc iam* ſaxum voluo. P. recipimus.
C. Ac lubenter. G. *at ego pro iſthoc, Phędria, & tu Chęrea,
*Hunc comedendum,& bibendum vobis propino. C. placet.
P. Dignus eſt. G. Thraſo,vbi vis,accede. T. obſecro te,quid agimus?
G. Quid iſti te ignorabant. poſtquàm eis mores oſtendi tuos,
Et collaudaui ſecūdum facta,& virtutes tuas,
Impetraui. TER. bene feciſti. gratiā habeo maximam.
*Nūquam etiam fui vſquam, quin me omnes amarent plurimùm.
G. Dixin' ego in hoc eſſe vobis*Atticam eloquētiam?
PH. Nihil pręter promiſſum eſt. ite hac. vos valete, & plaudite.

* Accipit. i. paſcit, tractat, inuitat.
* Seruius, homo, legit ſupra illud 3. Æneid. Illos porticib⁹ rex accipiebat in amplus.
* Prouerbiū.
* Oſtendit fidem amici - illa paraſitica.
* Vide Victorij uariarū lect. lib. 15. cap. 10.
* Ironia.
* Iactantia militis.
* Aſſentatio Gnathonica.

FINIS EVNVCHI.

ARGV-

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. ROMA

ARGVMENTVM IN HEAVTONTIMORVMENON.

TAnta huius fabulæ elegantia eſt, vt pleriq; à Lelio, quo illis temporibus Romæ nemo fuit eloquentior, ſcriptam exiſtimarint: & poeta ipſe teſtatur in hac puram eſſe orationem: qua laude nulla poteſt amplior excogitari. Quid eſt enim admirabilius, quàm ſermo elegans & venuſtus? Neque prædicaturus hoc palam fuerat Comicus, niſi nouam, inſignem, & penè diuinam ſermonis elegantiam eſſe iudicaſſet.

Depingit aũt parentũ vitia. Nam Menedemus liberaliter amantem Cliniam, iuſto inclementius tractat adoleſcẽtem modeſtum, & frugi. Quem, poſtquã domo ẽiecit victum iurgijs & contumelijs, multo impotentius deſiderat. Adeò multifariam hic peccat.

Huic ſeni proponit Chremetem monitorem, ſed quem poſteà videas multo plura, quàm Menedemũ peccare. Primum is nunquam olfecit perditè amare filium, & compilari ſe à ſcorto ſumptuoſo. Poſt, vbi reſciſcit, multò fert impotentius id mali, quàm illa ſolebat Menedemus, vt agnoſcas ferè ita accidere, vt foris, non domi, ſapiamus.

EPITASIS.

Porrò quia fingebat poeta velut oculis captũ Chremetẽ, q. inſignia filij vitia non cernat, adducit patri ob oculos filij amicam: idque hic periculi eſt, ne reſciſcat Chremes Bacchidem filij amicã eſſe. Huc omnia cõſilia, oẽs dolos ſeruuli referemus. Et à Chremete

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. ROMA

prius argentum emungitur Bacchidi numerandum, quàm comperit filij rem agi. Fallitur autem, cùm fingitur Bacchis eſſe Clinia.

In prima fabulæ parte, vbi Menedemum confirmat Chremes, oratio eſt deliberatiui, ſeu ſuaſorij generis, qua hic conſolatur, erigit, monet animi ægrum vicinum.

In reliqua fabulæ parte, quæ periculum continet, res omnis tranſlatione rethorica agitur: quia quæ ad Chremetis filiam pertinent, omnia imputantur Menedemi gnato.

In primis admirabilis eſt hic ſeruulus, cuius callidiſſimis conſilijs neutiquam reſpondet euentus. Nec vulgariter de ſuo conſilio ſibi ipſe placet, cùm ait: Hic me magnificè effero, &c. Eſt ea mirifica omnino imago humanorum, & conſiliorum & euentuum. Fallunt enim ferè aſtutiſſima conſilia mortales. Sicut Ciceronem fefellit euentus belli aduerſus Antonium ſuſcepti. extant exempla in hiſtorijs innumerabilia.

HEAVTONTIMORVMENV

PERSONAE.

CHREMES, ſenex.
MENEDEMVS, ſenex.
CLITIPHO, adoleſcens.
CLINIA, adoleſcens.
SYRVS, ſeruus.
DROMO, ſeruus.
BACCHIS, meretrix.
ANTIPHILA, amaſia.
SOSTRATA, matrona.
NVTRIX.
PHRYGIA, ancilla.

C. SVL-

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCA.

Iambici trimetri.

IN militiam proficiſci gnatum Cliniam
Amantem Antiphilam, compulit durus pater:
Animiq; ſeſe angebat facti pœnitens.
Mox, vt reuerſus eſt, clam patre diuertitur
Ad Clitiphonem. is amabat ſcortum Bacchidé.
Cùm *accerſeret cupitam Antiphilam Clinia, *acceſſeret
Vt eius Bacchis venit amica, ac ſeruolę
Habitum gerens Antiphilæ: factum id, quò patrem
Suum celaret Clitipho. hic technis Syri
Decem minas meretriculæ aufert à ſene.
Antiphila Clitiphonis reperitur ſoror.
Hanc Clinia, aliam Clitipho vxorem accipit.

TERENTII HEAVTONTIMORV-MENOS.

ACTA LVDIS MEGALENSIB. L. CORNELIO LENTVLO, L. VALERIO FLACCO AEDILIBVS CVRVLIB. EGIT AMBIVIVS TVRPIO. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. GRECA MENANDRV. ACTA *PRIMVM TIBIIS IMPARIB. DEINDE DVABVS DEXTRIS. ACTA ETIAM *TERTIO, T. SEMPRONIO, M. IVVENCIO COSS. ANNO AB VRBE CONDITA D. X C I.

*Prima.
*Tertia.

PROLOGVS

Iambici trimetri.

NE cui ſit veſtrum mirum, cur partes ſeni
*Poeta dederit, quæ ſunt adoleſcentium:
Id primùm dicam: deinde quod veni eloquar.
*Ex integra Græca, integram Comœdiam
Hodie ſum acturus Heautontimorumenon,
*Duplex quæ ex argumento facta eſt ſimplici.
Nouam eſſe oſtendi, & quę eſſet. nunc qui ſcripſerit,
Et cuia Gręca ſit, ni partem maxumam
Exiſtimarem ſcire veſtrum, id dicerem.
*Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo.

Captatio beneuolentiæ à perſona poetæ.

* *Propoſitio prima.*

Nan. Miſcell. li. 1. hũc locum doctè explicat.

* *Propoſitio ſecunda.*

Ora-

Oratorem voluit eſſe me non prologum:
Voſtrum iudicium fecit.me actorem dedit.
Sed hic actor tantùm poterit à facundia,
Quantùm ille potuit cogitare commodè,
*Qui orationẽ hác ſcripſit,quam dictur⁹ ſum.
Nam quò rumores diſtulerunt maleuoli,
Multas*contaminaſſe Græcas,dum facit
Paucas Latinas:eſſe id factum hic non negat.
Neq; ſe*id pigere: & deinde facturũ autumat.
Habet bonorum exemplum.quo exemplo ſibi
Licere id facere,quòd illi fecerunt,putat.
Tum quod maleuolus vetus poeta dictitat,
Repentè ad ſtudium hũc ſe applicaſſe*muſicũ,
Amicum*ingenio fretum,haud natura ſua:
Arbitrium veſtrum,veſtra exiſtimatio
Valebit.quam ob rem omneis vos oratos volo,
Ne plus iniquum poſſit,quàm æquum oratio.
Facite,æqui ſitis:date creſcendi copiam
Nouarum,qui ſpectandi faciunt copiam
Sine vitiis:ne ille pro ſe*dictum exiſtimet,
Qui nuper fecit ſeruo currenti,via
Deceſſe populum:cur inſano ſeruiat?
*De illius peccatis plura dicet, cùm dabit
Alias nouas,niſi finem maledictis facit.
*Adeſte æquo animo:date poteſtatem mihi,
Statariam agere vt liceat per ſilentium:
Ne ſemper*ſeruus currens,iratus ſenex,
Edax paraſitus,ſycophanta autem impudens,
Auarus leno,aſſiduè agendi ſint*mihi
Clamore ſummo,cum labore maximo.
*Mea cauſa cauſá hác iuſtá eſſe animũ ĩducite,
Vt aliqua pars laboris minuatur mihi.
Nã nunc nouas qui ſcribunt,nihil parcũt ſeni;
Si qua laborioſa eſt ad me curritur:
Sin lenis eſt,ad alium defertur gregem,

*Commendatio à perſona actoris,& poeta.
*Defenſio.
*Quod æmuli vitio dãt, id laudi ſibi ducit.
*Studiũ muſicum, ideſt, ſtudium poeticum, Nan. Miſcell.li.1.
*Ab honeſto & iuſto.
*vitium. L. Lauiniij.
*Hactenus pro poeta dixit.
*Rogat,vt ſenem placide audiant.
*varia Comœdiarũ perſona.
*Paranomaſia,captat beneuolentiam à commendatione ſtyli.

In hac eſt pura oratio. experimini,
In vtranq; partem *ingeniũ quid poſſit meũ.
Si nunquam auarè pretium ſtatui arti meæ,
Et eum eſſe quæſtũ in animũ induxi maximũ,
Quàm maximè ſeruire veſtris *commodis:
Exemplum ſtatuite in me, vt adoleſcentuli
Vobis placere ſtudeant potiùs, quàm ſibi.

ACTVS I. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Menedemũ exeruciãtẽ ſeſe in agro laborib⁹ Chremes alloquitur, ſedulo cauſam inquirens cur præter ætatem ille ſuã id faciat. Reſpondens Menedemus, ſui mœroris cauſam dicit eſſe filij abitionem, quem iurgijs, & contumelijs domo eiectum impotentius deſiderat.

Iambici trimetri.

CHREMES, MENEDEMVS.

*QVANQVAM hæc inter nos nuper notitia
admodum eſt.
Inde adeò, quòd agrũ in proximo hic mercat⁹ (es;
Nec rei ferè ſanè ampliùs quidquam fuit:
Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas
*(Quòd ego in ꝓpinqua parte amicitiæ puto)
Facit, vt te audacter moneam, & familiariter,
Quòd mihi videre præter ætatem tuam
Facere, & præterquam res te adhortatur tua.
*Nã ꝑ Deũ, atq; hominũ fidẽ, quid vis tibi? aut
Quid quæris? annos ſexaginta natus es,
Aut plus eò, vt coniicio. agrũ in his regionibus
Meliorem, neque pretij maioris nemo habet;
Seruos complureis: proinde quaſi nemo ſiet.
Ita tute attente illorum officia fungere.
Nunquã tam mane *egredior, neq; tã veſpere
Domum reuertor, quin te in fundo conſpicer
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre: denique

> *Commendatio à perſona propria.
>
> *Plus eſt quam ſi dixiſſet, voluptatibus.
>
> *Captatio beneuolẽtiæ ab amicitia, & ex vicinitate.
>
> *Hæc amborum ſenum coniunctio et familiaritas multum accommodata ſequentibus rebus cenſetur.
>
> *Propoſitio qua interrogat, & obiurgat.
>
> *Nimia ſenis inquietudo.

Nullum

Nullum remittis tempus, neque te reſpicis.
Hæc non voluptati eſſe, ſatis certò ſcio. (tet.
*At enim, dices, me, hic quātū operis fiat, pœni
Quod in opere faciundo operæ conſumis tuæ,
Si ſumas in illis exercendis, *plus agas.
M. Chreme, tantùmne eſt ab re tua otii tibi,
*Aliena vt cures, eaq; nihil, quæ ad te attinēt?
CH. Homo sū: humani à me nihil alienū puto.
Vel me monere hoc, vel percontari puta:
* Rectum eſt, ego vt faciam, non vt deterream.
M. Mihi ſic eſt* vſus: tibi vt opus eſt facto, face.
C. An cuiquam eſt vſus homini, ſe vt cruciet? M. mihi* eſt.
CH. Si quid laboris eſt, *nollem. ſed quid iſtuc mali eſt?
Quæſo, quid de te tantùm meruiſti? M. eheu.
C. Ne lacruma, atq; iſthuc quidquid eſt, fac me vt ſciam.
Ne retice: ne verere: crede inquam mihi,
*Aut conſolandò, aut conſilio, aut re iuuero.
M. Scire hoc vis? C. hac q̄dē cauſa, quā dixi tibi.
M. Dicetur. C. at iſtos raſtros intereà tamen
Appone, ne labora. M. minimè. C. quā rē agis?
M. Sine, ſine, vacuum tempus ne quod dē mihi
Laboris. C. non ſinam inquam. M. ah, nō æquū facis.
CH. Hui, tam graueis hos quæſo? M. ſic meritum eſt meum.
C. Nunc loquere. M. *filiū vnicū adoleſcentulū
Habeo, at q̄d dixi hēre me? imò habui Chreme
Nunc habeam, necne, incertum eſt. CH. quid ita iſthuc? M. ſcies.
Eſt è Corintho hic aduena anus paupercula.
Eius filiam ille amare cœpit perditè,
Propè iam vt p̄ vxore haberet: hęc clā me oīa:

*Obiectio tacita, perpolita locutio.

*Id eſt, plus effeceris. N. Miſcel. li. 1.

*Dictum in curioſos rerū alienarū.

*Rectū eſt, id eſt, officioſum eſt.

* Vſus, pro opus.

Si quid laboris eſt. Ch. *Nollem, ſcilicet me cruciare laborādo.

*His tribus rebus adhibitis, nihil præterea in amicitia requirendum.

* Narrationem à perſonis orditur.

Vbi

Diomedes legit, humaniter. Vide Io. Riu. Vbi rem reſciui, cœpi non *humanitus,
Neque vt animum decuit ægrotũ adoleſcẽtuli
Tractare: ſed vi, & via peruolgata patrum.
Quotidie *accuſabam. hem, tibine hæc diutius
Licere ſperas facere me viuo patre.
Amicam vt habeas propè iam vxoris in loco?
Erras, ſi id credis, & me ignoras Clinia.
Ego te meum eſſe dici tantiſper volo,
Dũ, quod te dignũ eſt, facies: ſed ſi id non facis,
Ego, quod me in te ſit facere dignũ, inuenero.
Nulla adeò ex re iſtuc fit, niſi ex nimio *otio. *Amor ex otio puenit.*
Ego *iſthuc ætatis non amori operam dabam
Conſilium. Sed in Aſiam hinc abii propter pauperiem, atq; ibi
Simul rem, & gloriam armis belli repperi.
Poſtremò adeò res rediit: adoleſcentulus
Sæpè eadem, & grauiter audiendo, victus eſt:
Putauit me & ætate, & beneuolentia
Cum ponde re pronunciã da. Oratio to ta pathetica. *Plus ſcire, & prouidere, quàm ſeipſum ſibi:
In Aſiam ad regem militatum abiit Chreme.
CH. Quid ais? ME. clam me profectus, menſeis treis abeſt.
CH. Ambo accuſandi, & ſi illud inceptũ tamen
Animi eſt pudentis ſignum, & non inſtrenui.
ME. Vbi comperi ex iis, qui ei fuere conſcii,
Domum reuertor mœſtus, atque animo ferè
Perturbato, atq; incerto præ ægritudine.
Attendite diligẽtem fa miliam. Aſſido: *accurrunt ſerui: ſoccos detrahunt:
Video alios feſtinare, lectos ſternere,
Cœnam *apparare: pro ſe quiſq; ſedulò
Apparatè, eſt ad pompã parare. Faciebat, quò illam mihi lenirent miſeriam.
Vbi video hæc, *cœpi cogitare. hem, tot mea
Soli? ſolliciti ſunt cauſa, vt me vnum expleãt?
Pathos. Ancillæ tot me veſtiant? ſumptus domi
Tantos ego ſolus faciam? ſed gnatum vnicum,

Quem

Quem pariter vti his decuit, aut etiam amplius,
Quòd illa ætas magis ad hæc vtẽda idonea eſt,
Eum ego eieci hinc miſerum *iniuſtitia mea.
Malo quidem me dignum quouis deputem.
Si id faciam: nã vſq; dum ille vitam illã* colet
Inopem, carens patria ob meas iniurias,
Interea vſq; illi de me ſupplicium dabo,
Laborans, quærens, *parcens, illi ſeruiens.
Ita facio prorſus: nihil relinquo in ædibus,
Nec vas, nec veſtimentum: conraſi omnia:
Ancillas, ſeruos, niſi eos, qui opere ruſtico
Faciundo facilè *ſumptum exerceant ſuum
Omneis *produxi, ac vendidi: inſcripſi ilico
Ædeis *mercede: quaſi talenta ad quindecim
Coegi: agrũ hũc mercatus ſum: hic me exerceo.
Decreui, tantiſper me minùs iniuriæ
Chreme meo gnato facere, dum fiam miſer:
Nec *fas eſſe vlla me voluptate *hic frui,
Niſi vbi ille hùc ſaluus redierit meus particeps.
CH. Ingenio te eſſe in *liberos leni puto, &
Illum obſequentem, *ſi quis rectè, aut cõmodè
Tractaret: verùm neq; tu illum ſatis noueras,
Nec te ille. hoc *vbi fit, ibi non vere viuitur.
Tu illum, nunquam oſtẽdiſti, quanti pẽderes,
Nec tibi ille ẽ credere auſus, q̃ eſt æquũ patri:
*Quod ſi eſſet factũ, hæc nunquã eueniſſent tibi.
M. Ita res eſt. *fateor: peccatum à me maximũ eſt.
C. Menedeme, at porrò rectè ſpero illum tibi
Saluum affuturum eſſe hic, confido propediẽ.
M. Vtinam Dii ita faxint. C. facient. nunc, ſi cõmodum eſt,
*Dionyſia hic ſunt, hodie apud me ſis volo.
M. Non poſſum. C. cur non? quæſo tandem aliquantulum

*Iniuſtitiã ſuã culpat.
* Sic Nonius.
* Parcens, id eſt ſeruans.
* Bem. victũ exercerent.
* Producere, foras ducere ſignificat: & productores, qui virgines ad quæſtum exponunt.
* Bemb. mercedem.
Vide Riuiũ.
* Bemb. mihi fas.
* his.
* Liberos. de vnico filio dixit.
* Conſilium Chremetis.
* ibi fit, vbi.
* Confeſſio.
* Dionyſia, id eſt, Orgia, ſeu Bacchanalia, q̃ tertio quoq; anno celebrabantur.

Tibi

Tibi parce: idē abſens facere te hoc vult filius,

Glareanus. impegerim. M. Nō cōuenit, qui illū ad laborē *impullerim,
Nunc me ipſum fugere. C. ſiccine eſt ſententia?
M. Sic. C. bene vale. M. Et tu. C. lacrumas excuſſit
mihi.
Miſeretq; me eius, ſed. ut diei tempus eſt,
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam,
Ad cœnam vt veniat: ibo, viſam ſi domi eſt
Nihil opus fuit monitore: iamdudum domi,
Aiūt, p̄ſtò apud me eſſe: egomet cōuiuas moror
Ibo adeò hinc intrò. ſed quid crepuerūt ſores?
Hinc à me quinam egreditur? huc conceſſero.

ACTVS I. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Clinia domum ex Aſia reuerſus, mirum in modū ſolicit⁹ eſt de amica, quā abiēs Athenis reliquerat. De Clinia in patria reditu magna cū animi voluptate Clitipho nūciat patri ſuo Chremeti. Chremes filio ex Clinia vita, & moribus viuēdi modū præſcribit. Iambici octonarij, Trochaiciq; inter ſe miſti.

CLITIPHO, CREMES.

Perſequtur fabulam Clinia, vt palā fiat, quàm modeſte amarit.

*NIHIL adhuc eſt, quod vereare Clinia. haud quaquam etiam ceſſant:
Et illam ſimul cū nūntio tibi hic ego affuturā
Hodie ſcio: proin tu ſollicitudinē iſtā falſam,
Quæ te excruciat, omittas. CHR. qui cum loquitur filius?
CLI. Pater adeſt, quem volui: adibo. pater oportunè aduenis.
CH. Quid id eſt? CL. hunc Menedemum noſtin' noſtrum vicinum? CH. probè.

Apud nos, id eſt, domi noſtra.

CL. Huic filiū ſcis eſſe? CH. audiui eſſe in Aſia.
CL. non eſt pater:
*Apud nos eſt. CH. quid, ais? CL. aduenientē, è

naui egredientem illico.
Abduxi ad cęnam: nam mihi magna cum eo iam inde vſque à*pueritia
Semper fuit familiaritas. CH. voluptatem magnam nuntias.
Quàm vellem Menedemum inuitatum, vt nobiſcum*eſſet hodie amplius,
Vt hanc lętitiam*nec opinanti primus ei obiicerem domi.
Atq; etiam nunc tempus eſt. CL. caue faxis, nō eſt opus pater.
CH. Quapropter? CL. quia enim incertum eſt ét, quid ſe faciat. modo venit?
*Timet omnia, patris iram, & animum amicę, ſe erga vt ſit, ſuę.
Eam miſerè amat, propter eam hæc turba, atq; abitio euenit. CH. ſcio.
CL. Nunc ſeruulum ad eam in vrbem miſit, & ego noſtrum vnà Syrum.
CH. Quid narrat? CL. quid ille? ſe*miſerum eſſe. CH. miſerum? quem minùs credere eſt?
Quid reliqui eſt, quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona?
*Parenteis, patriam incolumé, amicos, genus, cognatos, diuitias:
Atque hæc perinde ſunt, vt*illius animus, qui ea poſſidet:
Qui vti ſcit, ei bona: illi, qui non vtitur rectè, mala.
CL. Imò ille ſenex fuit importunus ſemper: & nunc nihil magis
Vereor, quàm ne quid in illum iratus plus ſatis faxit pater.
CH. Illene?*ſed reprimam me: nam in metu eſſe hunc, illi eſt vtile.

Pueris.

**Nonius, eſſet amplius, in verbo inuitare, legit.*

**Nam inſperatum gaudium manu eſſe ſolet.*

**Clinia omnia timet.*

**Eclipſis.*

** Miſer nō eſt, cui hae ſuppetunt.*

**Externorũ bonorum fructus ab animo pendet.*

**Hac tacitè ſecum.*

CL. Quid

Eclipſis. cl.*Quid tute tecum? ch. dicam vt vt erat* mã-
** Manſum,* ſum tamen oportuit.
id eſt, manere. Fortaſſe aliquanto iniquior erat, præter eius
lubidinem:
**Callida, & ſolers ſinus inuentio.* Pateretur: nam quem ferret, ſi parenté non ferret ſuum?
**Ab æquo, & honeſto.* *Hunccine erat æquum ex illius more, an illũ ex huius viuere?&
Quòd illum inſimulat durum, id nõ eſt: nam parentum iniuriæ
Vniuſmodi ſunt fermè. paulo qui eſt homo tolerabilis,
Scortari crebrò nolunt: nolunt crebrò cõuiua-(rier:
**atque hæc.* Præbent exiguè ſumptum.*& ea ſunt tamẽ ad virtutem omnia.
Verùm vbi animus ſemel ſe cupiditate deuinxit mala,
Neceſſe eſt Clitipho conſilia conſequi conſimilia. hoc
Scitum eſt PERICVLVM EX ALIIS FACERE, tibi quod ex vſu ſiet.
cl. Ita credo. ch. ego ibo hinc intrò, vt videã nobis cœnæ quid ſiet.
**Vt, pro quã diu.* Tu.*vt tẽpus eſt diei, vide ſis, ne quò hinc abeas longius.

ACTVS II. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Clitipho adoleſcens ſolus loquens de patre queritur, vt mos eſt iuuenũ paterna monita moleſtè ferentiũ.

Iambici octonarij.

CLITIPHO.

** Querimonia Clitiphonis aduerſus patrem.* *QVAM iniqui ſunt patres in omneis adoleſcenteis iudices:
Qui æquum eſſe cenſent, nos iam à pueris illico naſci ſenes,

Neque illarum affines eſſe rerũ, quas fert adoleſcentia.
Ex ſua lubidine moderantur: quę nunc eſt, nó quæ olim fuit.
Mihi ſi vnquam filius erit, næ ille * facillimè vtetur patre: *facili me
Nam & cognoſcendi, &* ignoſcédi dabitur peccati locus: * Nam qui alias deliqt, delinquentibus facilè parcet.
Non vt meus, qui mihi per alium oſtendit ſuã ſententiam.
Perii: is mihi, vbi adbibit plus paulò, ſua quæ narrat facinora?
Nunc ait. periculum ex aliis facito, tibi quod ex vſu ſiet.
*Aſtutus: næ ille haud ſit, quã mihi nunc SVRDO NARRET fabulam. * Petulans filius patris præcepta contemnit.
Magis nunc me amicæ dicta ſtimulant: da mihi, atq; affer mihi:
Cui quid reſpondeã, nihil habeo: neq; me quiſquam eſt miſerior.
Nam hic Clinia, etſi is quoq; ſuarum rerum* ſatagit: attamen * Cariſius li. 2. ſatis agitat tamen.
Habet bene, ac* pudicè eductam, ignaram artis meretriciæ. *Depingit Bacchidem conferẽdo cũ Antiphila.
Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis.
Tum, quod dem ei, recte eſt: nam nihil eſſe mihi, relligio eſt dicere.
Hoc egò mali non pridem inueni: neq; etiam dum ſcit pater.

ACTVS II. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Clinia ceſſatione & mora Antiphilæ amicæ nimiũ torquetur: ſolet enim amãtis animus oĩs moræ, quan-

quantumuis breuis, impatientior eſſe.

Iambici octonarij.

CLINIA, CLITIPHO.

**De ſuis amoribus ipſe Clinia loquitur.*

*SI mihi ſecundæ res de amore meo eſſent, iā dudum ſcio

Veniſſent: * ſed vereor, ne mulier me abſente hic corrupta ſit.

**Varia corruptionis ſuſpicationes.*

Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant:

*Occaſio, locus, ætas, mater, ſub imperio cuius eſt, mala:

**Pathos anxie expectantis, & omnia ſolicitè metuentis, & ſuſpicantis.*

Cui nihil iam præter pretium dulce eſt, CLIT. Clinia. CLIN. hei miſero mihi.

CLIT. Etiam caues, ne videat fortè hinc te à patre aliquis exiens?

CLIN. Faciam: ſed neſcio quid profectò mihi animus præſagit mali,

CLIT. Pergin' iſthuc priùs diiudicare, quā ſcis, quid veri ſiet?

CLIN. Si nihil mali eſſet, iā hic adeſſet. CLIT. iam *aderunt. CLIN. quando iſtuc erit?

**Aderit, ſcilicet Antiphila.*

CLIT. Non cogitas hinc longius abeſſe? & noſtri mores mulierum:

Dum * moliuntur, dum *comantur, annus eſt. CLIN. ò Clitipho,

**Forte molliũtur à mollio.*

Timeo. CLIT. reſpira: eccum Dromonem cū Syro, vnà adſunt tibi.

**Sic Ser. in 4. Æn. Reginam thalamo cunctantem. Veteres enim comere dixerunt, vbi nos comere.*

ACTVS II. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Clinia ex Syro intelligit ſe abſente pudicè admodum vixiſſe Antiphilā, qua ex re ingēti gaudio ꝑfunditur. Bacchis Clitiphonis amica ad cœnam adducitur: qua tamen interim fingitur eſſe amica Cliniæ.

Tro-

Trochaici & iambici tetrametri, quibus immiſſi Iambici ſenarij, & binarius vnus.

SYRVS, DROMO, CLINIA, CLITIPHO.

*AIN' tu? D. ſic eſt. SYR. verùm intereà dum ſermones cedimus,
Illę sũt relictæ. CLIT. mulier tibi adeſt, audin' Clinia?
CLIN. Ego verò audio nunc demum, & video, & valeo Clitipho.
S. Minimè mirum adeò impeditæ ſunt: ancillarum gregem
Ducũt ſecum, CLIN. perii, vnde illi ſunt ancillę? CLIT: men' rogas?
S. Non oportuit relictas portan*quid rerum. CLI. hei mihi.
S. Aurum, veſtem. & veſperaſcit, & non nouerunt viam.
Factum à nobis ſtultè eſt. abi dum tu Dromo illis obuiam
Properè. quid ſtas? CLIN. væ miſero mihi, quanta de ſpe decidi!
CLIT. Quid iſtuc? quę res te ſollicitat autem?
CLIN. rogitas quid fiet?
Viden' tu ancillas, aurum, veſtem? quam ego cum vna ancillula
Hic reliqui. vnde eſſe cenſes? CLIT. vah, nunc demum intelligo.
S. Dii boni, quid turbæ eſt? ædes noſtræ vix capient ſcio.
Quid comedent? quid ebibent? quid ſene erit noſtro miſerius?
Sed video eccos, quos volebam. CLIT. *. ò Iupiter, vbinam eſt fides?

Vt et Clinia, & Antiphila modeſtia clarius innoteſceret, fingit poeta primũ ęgrè ferentem Cliniam, & ſuccedentẽ Antiphilæ, ſic enim putabat, luxui.

**Quid, id eſt magnas, ſiue multas res. Nann. Miſcell. lib. 1.*

**Cliniæ exclamatio ad amicam.*

Dũ ego propter te errans patria careo demens, tu intereà loci
Collocupletaſti te Antiphila, & me in his deſeruiſti malis,
Propter quam in ſumma infamia ſum,& meo patri minus obſequens:
*Cuius nunc pudet me,& miſeret, qui harum mores cantabat mihi,
Monuiſſe fruſtra, neq, potuiſſe eum vnquam ab hac me expellere.
Quod tamen nunc faciam: tum, cùm gratum mihi eſſe potuit, nolui,
Nemo eſt miſerior me. SY. hic de noſtris verbis errat *videlicet,
*Quæ hic ſumus locuti? Clinia aliter tuũ amorem, atque eſt, accipis:
Nam & vita eſt eadem, & anim⁹ te erga idem, ac fuit,
Quantùm ex ipſa re coniecturam *fecimus.
CLIN. Quid eſt obſecro? nam mihi nunc nihil rerum omnium eſt,
Quod malim, quàm me hoc falsò ſuſpicarier.
S. Hoc primũ, vt ne quid hui⁹ rerũ ignores. an⁹ quæ eſt dicta mater eſſe ei antehac, non fuit:
Ea obiit mortem: hoc ipſa in itenere alteræ
Dũ narrat, fortè audiui. CLIT. quenã eſt altera?
S. Mane: hoc, quod cœpi, primũ enarrẽ Clitipho
Pòſt iſtuc veniam. CLIT. propera. S. *iam primũ omnium,
Vbi ventum ad ædeis eſt. Dromo pultat fores:
Anus quædam prodit: hęc vbi aperuit oſtium,
Continuò hic ſe coniecit intrò, ego conſequor.
Anus foribus obdit peſſulum, * ad lanam redit.
Hinc ſciri potuit, *haud vſquam alibi Clinia,

Quo

*Stomachosè harũ, de vna tantum atq. ea præſente.
*Videlicet, & ſcilicet amaritudinẽ habent.
*Quæ hic ſumus locuti, P. Manutius emittit.
*cepimus.
*Altera pro alteri.
*Sic incipit, multa pudicitiæ ſigna narraturus.
*Vehemens pudicitiæ coniectura.
*Gen⁹ loquẽdi Græcũ eſt, quando cum aſſeueratione loquimur. τὰς ἀπο-φύσεις, geminare. Georg. Fabricius.

Quo ſtudio vitam ſuam te abſente exegerit.
Vbi de improuiſo eſt interuentum mulieri,
(Nam ea res dedit tum exiſtimandi copiam
Quotidianæ vitæ conſuetudinem;
Quæ, cuiuſq; ingeniũ vt ſit, declarat maximè)
*Texentem telam ſtudioſè ipſam offendimus,
Mediocriter veſtitam veſte lugubri,
Eius anus cauſa opinor, quæ erat mortua,
Sine auro tum ornatã, ita vti quæ ornant ſibi,
Nulla *malam re eſſe expolitam muliebri:
Capillus paſſus, prolixus, circum caput
Reiect⁹ negligéter, *pax. CLIN. Syre mi obſecro
Ne me in lętitiam fruſtra coniicias. S. anus
Subtegmen nebat, præterea vna ancillula
Erat, ea texebat vnà pannis obſita,
Neglecta, *immunda illuuie, CLIT. ſi hæc ſunt
Clinia
Vera, ita vti credo, quis te eſt fortunatior?
Scin' tu hanc, quam dicit ſordidatã, & ſordidã?
Magnum hoc quoque ſignum eſt dominã eſſe
extrà noxiam,
Cùm eius tam negleguntur internuntii:
Nam diſciplina eſt eiſdem, munerarier
Ancillas primùm, ad dominas qui affectãt viã. *
CLIN. Perge obſecro te, & caue, ne * falsã gratiã
Studeas inire. quid ait, vbi me nominas?
S. Vbi dicimus rediſſe te, & rogare vti
Veniret ad te, mulier telam deſerit
Continuò, & *lacrumis opplet os totum ſibi,
Vt facilè ſcires deſiderio id fieri tui. (ſcio,
CLIN. *Prę gaudio, ita me Dii amẽt, vbi ſim, ne *
Ita timui. CLIT. at ego nihil eſſe ſcibã Clinia.
Agedum viciſſim Syre dic quæ illa eſt altera?
S. *Adducimus tuam Bacchidẽ. CLIT. hem, q̃d
Bacchidem?

Cultus & victus familiaris vitam indicans.

**Mala ſubſt. faciei pars.*

**Pax, admirantis.*

Sordities pudicitiæ ſignum.

**Præceptum amatorium.*

** Ex nimio gaudio lacrymatur.*

**Gaudij vehementia.*

** Vide Ri. Caſtigationes, & Nan. Miſc. lib. 2.*

Ehò, ſceleſte quò illam adducis? s. quò ego illã? ad nos ſcilicet.

clit. Ad patremne? s ad eum ipſum. clit. ò hominis impudentem audaciam,

s. Heus tu, non fit ſine periclo facinus magnũ, & memorabile.

clit. Hoc vide: in mea vita tu tibi laudé is quæſitum ſcelus:

Vbi ſi paululùm modo quid te fugerit, ego perierim.

*Oratio imperfecta, ob Clitiphonis interruptionem.

Quid illò facias? s. at enim. clit. *quid enim? s. ſi ſinas, dicam. clin. ſine.

clit. Sino. s. ita res eſt, hæc nunc, quaſi, cũ. clit. quas, malùm, ambages mihi

Narrare occipit? clin. Syre, verum hic dicit: mitte: ad rem redi.

s. Enimuero reticere nequeo multis modis iniurius Clitipho eſt, neque ferri potis eſt. clin. audiendum hercle eſt: tace.

clit. Quid id eſt? s. quid eſt?

*Exponit cõſiliũ ſuum, eſtq; hæc huius fabulæ ἐπίταſις.

*Græci ſultè ſapientem, μώροσοφον vocant. Nan. Miſc. lib. 1.

*Vis amare: vis potiri: vis, quod des illi, effici: Tuum eſſe in potiundo periclũ non vis: *haud ſtultè ſapis:

Si quidem id ſapere eſt, velle te id, quod nõ poteſt contingere.

Aut hæc cum illis ſunt habenda, aut illa cum his amittenda ſunt.

Harum duarum conditionum nunc vtram malis, vide.

Etſi hoc cõſilium, quod cępi, rectum eſſe, & tutum ſcio.

Nam, apud patrem tua amica tecum ſine metu vt ſit, copia eſt:

Tum, quod illi argentum es pollicitus, eadem hac inueniam via:

Quod vt efficerem, orando ſurdas iam aures
reddideras mihi.
Quid aliud tibi vis? CLIT. ſiquidem hoc fit. S. * *Repetitio cũ ſtomacho.*
ſiquidem experiundo ſcies.
CLIT. Agè, agè, cedò iſtuc tuum cõſilium, quid
id eſt? S. aſſimulabimus
Tuam amicam huius eſſe amicã. CLIT. pulcrè.
cedò quid hic faciet ſua?
An eã quoq; dicetur huius, ſi vna hæc dedeco-
ri eſt parum?
S. Imò ad tuam matrem deducetur. CLIT. quid
eò? S. longum eſt Clitipho,
Si tibi narrem, quamobrem id faciam: vera cau
ſa eſt. clit. fabulæ.
Nihil ſatis firmi video, quamobrem * accipere *Accipere, pro ſubire.*
hunc mihi expediat metum.
S. Mane. habeo aliud, ſi iſtuc metuis, quod am-
bo confiteamini *Stult⁹ amator irridenti credit.*
Sine periclo eſſe. clit. * huiuſmodi, obſecro, ali-
quid * reperi. S. maximè
Ibo obuiam hinc: dicã, vt reuertantur domũ, *Reperi, imperatiuũ eſt.*
clit. hem,
Quid dixti? S. ademptum tibi iam faxo omnem * *Sententia amatorũ* *
metum,
In aurem vtramuis otioſè, vt dormias. *Ariſtippica.*
CLIT. Quid ago nũc? clin. tune? quod boni eſt. *Datur frua re.*
cl. Syre, dic modò
Verum. S. agè, modò: hodie, ſero, ac nequidquã *Geminata negatio, aſſeuerationis et contentionis cauſa.*
voles.
clin. * * Datur modò: fruere dum licet: * nam
neſcias
Eius ſit poteſtas poſthac an nunquam, tibi.
clit. Syre inquã. S. perge porrò, tamẽ iſtuc ago. *Æſtuat magis ob Syri diſceſſum.*
clit. * Verum hercle iſtuc eſt, Syre, Syre, inquã,
heus heus Syre.

S. Concaluit. quid vis? CLIT. redi, redi. S. adſum. dic quid eſt?

Iam hoc quoq; negabis tibi placere. CLIT. imò Syre

Et me, & meum amorem, & *famã ꝑmitto tibi

Tu es iudex: ne quid accuſandus ſis, vide.

S. Ridiculũ eſt te iſtuc me admonere Clitipho,

Quaſi iſtic minor mea res agatur, quàm tua.

Hic ſi quid nobis fortè aduerſi euenerit,

Tibi erũt parata verba, *huic homini verbera:

Quapropter neutiq̃ hęc res neglectui eſt mihi.

Sed iſtunc exora, vt ſuam eſſe aſſimulet. CLIN. ſcilicet,

Facturũ me eſſe, in eum iam res rediit locum,

Vt ſit neceſſe. CLIT. meritò te amo Clinia.

CLIN. Verùm illa ne quid titubet. S. perdocta eſt probè.

CLIT. At hoc demiror, qui tam facilè potueris

Perſuadere illi, quæ ſolet quos ſpernere.

S. IN TEMPORE AD EAM VENI, quod rerum omnium eſt

Primũ. nam miſerũ quendã offendi ibi militẽ,

Eius noctem orantem: hæc arte tractabat virũ,

*Vt illius animum cupidum inopia incéderet,

Eademq; vt eſſet apud te quàm gratiſſima.

*Sed heus tu vide ſis, ne quid imprudens ruas.

Patrem nouiſti, ad has res quàm ſit perſpicax:

Ego te autem noui, quàm eſſe ſoleas impotenſ

*inuerſa verba, euerſas ceruices tuas,

Gemitus, ſcreatus, tuſſeis, riſus abſtine. (bere

CLIT. Laudabis. S. vide ſis. CLIT. tutemet mira-

S. Sed quàm citò ſunt conſecutæ mulieres. (tua

CLIT. Vbi ſunt? cur retines? S. iã nũc hæc nõ eſt

CLIT. Scio, apud patrem: *at nunc interim. S. nihilo magis.

*Attende amantis vecordiam, qui famam ſeruo committit.

*Huic, id eſt, mihi.

*Adhortatio. Perſpicatiã, at incontinentiã Cliphonis notat.

*Liuius li. i. ab vrbe cõd. Omne ius bęlli Achiuos abſtinuiſſe.

*Apoſiopeſis

CLIT. Sine. S. non ſinam inquam: CLIT. quæſo pauliſper. S. vero.

CLIT. Salté ſalutare. S. abeas, ſi ſapis. CLIT. eo. Quid iſtic? S. manebit. CLIT. o hominem* felicem. S. ambula.

*Felicem, q cum amica manebit.

ACTVS II. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Meretricia conditio p eam exprimitur, quæ meretrix eſt. Habet deinde hæc ſcena iucundũ Cliniæ, & Antiphilæ congreſſum.

Trocaici & iambici tetrametri, quibus immiſti Iambici ſenarij.

BACCHIS, ANTIPHILA, CLINIA, SYRVS.

*AE DEPOL te mea Antiphila laudo, & fortunatam iudico,

Id cùm ſtuduiſti, iſti formæ mores vt conſimiles forent.

Minimeq́;, ita me Dii ament, miror, ſi te ſibi quiſque expetit.

Nam mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio oratio.

Et cum egomet nunc mecum in animo vitam tuam conſidero,

Omniumq́; adeò veſtrarum, volgus quæ ab ſe ſegregant,

Et vos eſſe iſtiuſmodi, & nos nõ eſſe. haud mirabile eſt.

Nam expedit bonas eſſe vobis: nos, quibus cũ eſt res, non ſinunt: (ſunt

Quippe forma impulſi noſtra nos *amatores co

Hęc vbi immutata ẽ, illi ſuũ aĩum aliò cõferũt

Niſi proſpectũ intereà aliquid nobis eſt, deſertę viuimus.

*Spargit in perſonas deſcriptionem morũ Bacchidis, et Antiphila, vt appareat honeſtè amaſſe Cliniam.

* Amatores forma.

*Vobis

Laus à pudi-citia. *Vobis cum vno ſimul vbi ętatem ágere decretum eſt viro.

Cuius mos maximè eſt conſimilis voſtrũ, hi ſe ad vos applicant: mini,

Commendatio à fide in v rum. *Hoc beneficio vtrīq; ab vtriſq; verò deuincti Vt nunquam vlla amori veſtro incidere poſſit calamitas.

Mirè opportunũ ethos. A. *Neſcio alias me ſcio quidem ſemper feciſſe ſedulò, vt

Neſcio alias. Ex illius commodo meum compararem commodum. cl. vah.

Ergo mea Antiphila, tu nunc ſola, educem me in patriam facis.

Nam, dum abs te abſum, omnes mihi labores

Tui, pro te. fuere, quos cepi, leues,

Prꝫterquàm *tui carendum quòd erat. s. credo.

Eclipſis. C. Syre, vix ſuffero.

Prꝫ nimio gaudio cõſter natur. Hoccine me miſerum non licere meo modò in genio frui?

s. *Imò, vt patrem tuum vidi eſſe habitum diu,

Pathetica, & amatoria locutiones etiam duras dabit.

B. Quiſnã hic adoleſcens eſt, qui intuetur nos?

A. ah. retine me, obſecro.

mi expectate Clinia. B. Amabo quid tibi eſt? A. *diſperii. B. perij miſe ra, quid ſtupes

aduenisſe. Antiphila? A. videòn? Cliniam, *an non? B. quẽ

Vide Nan. Miſc. lib. 2. vides?

C. Salue anime mi. A. ò* mi Clinia ſalue. C. vt

* *Pierius ex peſtata, le-git, in illud Verg. 11. Ænei. expectatiq; triũphi.* A. Salnő *veniſſe gaudeo. C. teneone te? (vales?

Antiphila, maxime animo *exoptata meo?

B. Ite intrò: nam nos iandudum expectat ſenex.

ACTVS III. SCENA I.

ARGVMENTVM:

Chremes Menedemo nũciat ex Aſia rediiſſe filiũ ex q̃ re Menedemus incredibili gaudio pfunditur.

& filio poſthac indulgere magis inſtituit, quod ei magnopere diſſuadet Chremes.

Iambici trimetri.

CHREMES, MENEDEMVS.

LVCESCIT: *hoc iam ceſſo pulſare oſtium *.ſ. cælum.
Vicini? primùm ex me vt ſciat ſibi filium
Rediſſe, etſi adoleſcentem hoc nolle intelligo.
Verùm, cùm videam *miſerum hũc tam excruciarier *Verus ami cus tam dolo re, quã gaudio afficitur.
Eius abitu, celem tam inſperatum gaudium,
Cùm illi pericli nihil ex indicio ſiet?
Haud faciã: nã, *quod potero, adiutabo ſenem, *Craſis, pro quo ad: Alij, quàm.
Ita vt filium meum amico, atque æquali ſuo
Video inſeruire, & ſocium eſſe in negotiis:
Nos quoq; *ſenes eſt æquum ſenibus obſequi. *Nam pares cum paribus facile congruunt.
M. Aut ego ꝓfectò ingenio egregiè ad miſeriã
Nat⁹ſum, aut illud falsũ eſt, quod vulgo audio
Dici. *DIEM ADIMERE ægritudinẽ hominib⁹. *Vulgatum dictum.
Nam mihi quidem quotidie augeſcit magis
De filio ægritudo: & quantò diutius
Abeſt, magis cupio tantò, & magis deſidero.
C. Sed ipſum foras egreſsũ video: ibo alloquar.
Menedeme ſalue: nuntium adporto tibi,
Cuius maximè te fieri participem cupis.
M. Nũquid nã de gnato meo audiſti chreme?
C. Valet, atque viuit. M. vbi nam eſt quæſo? C. apud me domi. *Suſpicio ex mira ſollicitudine.
M. *Meus gnatus? C. ſic eſt. M. venit? C. certè. M. Clinia,
Meus venit? C. dixi. M. eamus, duc me ad eũ obſecro *Præ gaudio idem crebrò repetit.
C. Non volt te ſcire ſe rediſſe: etiam tuum
Conſpectum fugitat propter peccatum: tũ hoc timet,
Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta ſiet.

M. Non

M. Non tu dixiſti, vt eſſem? CH. non. M. quá ob
rem Chreme?
C. *Quia peſſumè iſtuc í te, atq; in illũ cóſulis,
Si te tam leni, & victo eſſe animo oſtenderis.
M. *Non poſſum ſatis iam, ſatis pater dur⁹ fui.
C. ah,
Vehemens in vtranq; partẽ Menedeme es nimis,
Aut largitate nimia, aut parſimonia.
In eandẽ fraudẽ ex hac re, atq; ex illa incides.
Primùm, olim potiùs quàm paterere filium
Commeare ad mulierculm, quæ paululo
Tum erat contenta, cuiq; erant grata omnia,
Proterruiſti hinc. ea coacta *ingratis
Poſt illã cœpit victum vulgò quærere.
Nunc, cùm ſine magno intertrimẽto nó poteſt
Haberi, quiduis dare cupis. *nam, vt tu ſcias,
Quàm ea nũc inſtructa pulcrè ad perniciẽ ſiet,
Primùm, iam ancillas ſecũ adduxit plus decẽ,
Oneratas veſte atq; auro: ſatrapes ſi ſiet
Amator, nunquã ſufferre eius ſumptus queat,
Nedum tu poſſis. M. eſtne ea intus? C. ſit rogas?
Senſi. nam vnam ei cœnam, atq; eius comitib⁹
Dedi: quòd ſi iterum mihi ſit danda, actũ ſiet.
Nam, vt alia omittam, *pitiſſando modò mihi
*Quid vini abſumpſit ſic hoc dicens, aſperum
Pater hoc eſt aliud lenius. ſodes vide.
Releui dolia omnia, omnes *ſerias,
Omnis ſollicitos habui: atq; hæc vna nox.
Quid te futurum cenſes, quem aſſidue exedẽt?
Ita me Dii amabunt, vt tuarum miſeritum eſt
Menedeme fortunarum. M. faciat, quod lubet:
*Sumat, conſumat, perdat: decretum eſt pati,
Dum illũ modò habeã mecũ. C. ſi certũ eſt tibi
Sic facere, illud permagni referre arbitror,
Vt neſcientem ſentias te id ſibi dare.

*Menedemi conſilium arguit.
*Conſultatio ſeniũ, in qua videas, quantum fallatur Chremes. eſtq; hæc paraſceue turbarum, quæ ſequuntur.
*ingratijs
*Carpit nimiam largitatem ſenu.
*Pitiſſare, ẽ parce uinum tentandi gratia deguſtare.
*Id eſt, multum vini, Nann. Miſc lib. 1.
*Serias, i. uaſa fictilia.
*Auxeſis. Sũma patris indulgentia.

M. Quid

M. Quid faciam? C. *quiduis potiùs, quàm quod cogitas. *Sanũ Chremetis conſilium.
Per alium quemuis vt des, falli te ſinas
*Technis per ſeruulum: etſi ſubſenſi id quoq; *Serui fraudẽ cõmentãtur.
Illos ibi eſſe, & id agere inter ſe clanculum.
Syrus cum illo veſtro conſuſurrat: conferunt
Conſilia adoleſcentes: & tibi perdere
Talentum hoc pacto ſatiꝰ eſt, quàm illo minã.
Non nunc pecunia agitur: ſed illud, quo modo
Minimo periclo id demus adoleſcentulo.
Nam ſi ſemel tuum animum is intellexerit,
Priùs perditurum te tuam vitam, & priùs
Pecuniam omnem, quàm abs te *amittas filiũ. *Ideſt, dimittas. Sic in Phor. Act. 1. Sc. 2. Nunc amitte quãſo hunc.
hui,
Quantam feneſtram ad nequitiam pateſeceris
Tibi autem porrò vt non ſit ſuaue viuere.
NAM DETERIORES oẽs ſumus licentia.
Quodcunque inciderit in mentẽ, volet: neq; id
Putabit, prauum, an rectum, quod petet, ſiet.
Tu rem perire, & ipſum, non poteris pati.
*Dare denegaris: ibit id illud illico, *Obiectio.
Quo maximè apud te ſe valere ſentiet,
Abiturum ſe abs te eſſe illico *minabitur. *minitabitur.
M. *Videre verum, atque ita, vti res eſt, dicere.
C. Somnum hercle ego hac nocte, oculis non vidi meis, *Approbatio conſilij.
Dum id quæro, tibi qui filium reſtituerem.
M. *Cedò dexteram: porrò te idẽ oro vt facias *Mos orantium, & confirmantium.
Chreme.
C. Paratus ſum. M. ſcin' quid nũc te facere volo?
C. Dic. M. quod ſẽſiſti illos me incipere fallere, *Affectus paternus.
Id vt maturent facere. *cupio illi dare
Quod vult: cupio ipſum iam videre. C. *operã *Argumentũ prudentia Chremetis.
dabo.
Syrus eſt prehẽdendus, atq; adhortãdus mihi.

A me

A me neſcio quis exit: concede hinc domum,
Ne nos inter nos *congruere ſentiant.
Paululùm negoti mihi obſtat: Simus, & Crito
Vicini noſtri hic ambigunt de finibus:
Me cepere arbitrum: ibo, ac dicā, vt dixeram,
Operam daturum me, hodie nó poſſe iis dare.
Continuò hic adero. M. ita quæſo. Dii voſtram fidem,
ITA COMPARATAM ESSE hominū naturam omnium,
Aliena meliùs vt videant, & iudicent,
Quàm ſua? an eo fit, q͂a in re noſtra aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine? (hi?
Hic mihi quanto nūc pl⁹ ſapit, quā egomet mi
*C. Diſſolui me *otioſus operā vt tibi darem.

ACTVS III. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Seruus herum Chremetem decipit, credentem Menedemo fallaciam intendi, & ita ſua ipſius coniectura & ſolertia fallitur.

Iambici ſenarij.

SYRVS, CHREMES.

*HAC illàc circuncurſa, inueniendū eſt tamē
Argentum, intendenda in ſenem fallacia.
C. *Num me fefellit hoſce id ſtruere? videlicet
Eſt ille Cliniæ ſeruus tardiuſculus:
Idcirco huic noſtro tradita eſt prouincia.
S. Qui hic loquitur: perii num nam hæc audiuit? C. Syre. S. hem.
C. Quid tu iſtic. *S. rectè. equidē te demiror Chreme,
Tā mane, qui heri tantū biberis. C. nihil nimis.
S. Nihil narras? viſa vero eſt, quod dici ſolet,
*Aquilę ſenectus. C. eia. S. mulier eſt cōmoda, &
Faceta hęc meretrix. C. ſanè idem viſa eſt mihi.

S. Et

Veteres congreo, viueo, diceo, dicebāt, pro congruo, viuo, dico. Vide Antonij Mureti Annot. Glareanus, Ne illi nos cō gruere, legit.

** Verba redeuntis Chremetis.*

**Sic Pierius legit in illud Virg. Eclo 1. Deus vobis hac otia fecit.*

** Syrus hæc ſecum.*

** Falſa Chremetis coniectura.*

** Syrus callide à propoſito diſcedit.*

** Prouerbiū in ſenes bibaculos.*

s.Et quidem hercle forma luculenta. C. ſic ſatis
s. Ita non vt olim, ſed vti nunc, ſanè bona:
Minimeq; miror, Clinia hanc ſi deperit:
Sed habet patrem *quendam auidum, miſerũ, atque aridum. *Occaſio fallendi ſenes.
Vicinum hunc noſtin'? at quaſi is nõ diuitiis
Abundet, gnatus eius profugit inopia.
Scin' eſt factum, vt dico? c. *quid? ego neſciam? *Amphibologicos.
Hominem piſtrino dignum. s. quem? c. *iſtum ſeruulum *Inſtitutio fallacia à ſene in ſenem, imò in ſeipſum.
Dico adoleſcentis. s. Syre, tibi timui malè.
c. Qui paſſus eſt id fieri? s. q.d faceret? c. rogas?
Aliquid reperire, fingeret fallacias.
Vnde eſſet adoleſcenti amicæ quod daret,
Atque hunc difficilem inuitum ſeruaret ſené.
s. Garris. c. hæc facta ab illo oportebant Syre.
s. Eho quæſo, laudas qui heros fallũt? c. in loco,
Ego vero laudo. s. rectè ſanè. c. quippe *quia *qu
Magnarum ſæpè id remedium ægritudinũ eſt:
Iam huic manſiſſet vnicus gnatus domi:
s. Iocon', an ſerio illhæc dicat, neſcio:
Niſi mihi quidé addit animũ, quo lubeat ma-(gis.
c. *At nunc quid expectat Syre? an, dum hinc denuo *Denuo Syrum inſtigat.
Abeat, cùm tolerare huius ſumptus nõ queat?
Nonne ad ſenem aliquam *fabricam fingit? s. ſtolidus eſt. *Tranſlatio à machinis bellicis.
c. At te adiutare oportet adoleſcentuli
Cauſa. s. facilè equidé facere poſſum, ſi iubes:
Etenim quo pacto id fieri ſoleat, calleo.
c. *Tanto hercle melior. s. nõ eſt mentiri meũ. *Calliditatē ſerui laudat.
c. Fac ergo. s. *at heus tu, facito dum eadem hæc memineris, *Præmonitio de filij amore.
Si quid huius ſimile fortè aliquando euenerit,
(Vt ſunt humana) tuus vt faciat filius.

c. Non

C. Nô vs⁹ veniet, ſpero. S. ſpero hercle ego quoq;.
Neq; eò nûc dico, quò quidquã illũ ſenſerim:
Sed ſi quid, ne quid. quæ ſit eius ætas, vides.
Et næ ego te, ſi vſus veniat, magnificè Chreme
Tractare poſſim. C. de iſthoc, cùm vſus venerit,
Videmus quid opus ſiet: nunc iſtac age.
S. Nunquam commodius vnquam herum audi
ui loqui,
Nec, cùm malefacerem, crederẽ mihi impuni
Licere. quiſnam à nobis egreditur foras?

Tollit obiurgandi occaſionem. *Explicat hæc Nann. Miſc. lib. 2.*

ACTVS III. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Chremes filium obiurgat, & immodeſtiæ arguit, quẽ cũ Bacchide ludẽtẽ viderat. Syrus hero id ſuadet quod maximè ad extorquendum facit argentum,

Iambici & Trochaici tetrametri catalectici & acatalectici, trimeter vnus, & dimetri duo.

CHREMES, CLITIPHO, SYRVS.

QVID iſthuc? quæſo, qui iſthic mos eſt Clitipho? itane fieri
Oportet? C. quid ego feci? CH. vidin' ego te modò manum in ſinum huic
Meretrici inferere? S. acta hæc res eſt, perii. CLI. mene? CHR. hiſce oculis: ne nega.
Facis adeò indignè iniuriam illi, qui non abſtineas manum.
Nam iſthæc quidem contumelia eſt,
Hominem amicum recipere ad te, atq; ei⁹ amicam *ſubigitare.
Vel heri in vino quàm immodeſtus fuiſti? S. factum. CH. quàm moleſtus?
Vt equidem, ita me Dii ament, metui quid futurum deniq; eſſet.
Noui ego *amantium animum: aduertunt grauiter, quæ non cenſeas.

Periculum, per quod ſenſim ad epitaſim peruenit. Neque enim ſubito, ſed p gradus quoſdam ad talẽ motum accedendum erat. *Vetuſte. al. ſubagitare.* *Nam amantibus omnia ſunt ſuſpecta*

cl. At mihi fides apud hunc eſt, nihil me iſtius
factutum pater.
CHR. Eſto: at certè concedas aliquò ab eorum
ore aliquantiſper
Multa fert libido: ea prohibet facere tua præ-
ſentia. ego de me
Facio coniecturam.* nemo eſt meorum amico- *Ab exem-
rum hodie, apud plo paterno.
Quem expromere omnia mea occulta Clitipho
audeam.
Apud alium prohibet dignitas: apud aliũ ipſius
facti piget,
Ne ineptus, ne protetuus videar: quod illum fa
cere credito.
*Sed noſtrum eſt intelligere, vtcunque. atque *Γνώμη.
vbicunque opus ſit, obſequi.
s. Quid iſtic narrat? cl. perii. s. Clitipho, hæc ego
præcipio tibi,
Hominis frugi, & temperantis functus officiũ.
cl. tace ſodes
s. Rectè ſanè. ch. Syre, pudet me. s. credo, neque
id iniuria.
Quin * mihi moleſtum eſt. cl. pergin'? s. verum *Mihi, em-
hercle dico, quod videtur. phaſim ha-
cl. Nonne accedam ad illos? ch. ehò quæſo, vna bet.
accedundi via eſt?
s. Actum eſt. hic prius ſe indicarit, quàm ego ar
gentum effero. Chreme,
Vin' tu homini ſtulto mihi auſcultare? ch. quid
faciam? s. iube hunc
Abire hinc aliquò. cl. quò ego hinc abeam? s.
quo lubet: da illis locum:
Abi deambulatum. cl. deambulatum, quò? s. *Repetitio
vah, quaſi deſit locus. per indigna-
Abi ſanè iſtac, iſtorſum, quouis. CH. rectę dicit: tionem.

censeo.

Imprecatio in Syrum, CL.* Dii te eradicent Syre, qui me iſtinc extrudas s. at tu tibi iſtas

**Rectè monet de filio ſeruando.* Poſthac comprimito manus.
*Cenſen' verò? quid illum porrò credis facturum Chreme
Niſi eum, quantum Dii dant tibi opis, ſeruas, caſtigas, mones?
CH. Ego iſtud curabo. s. atqui nunc here hic tibi aſſeruandus eſt.

**Nam, accuſatio amphibologica.* CH. Fiet. s ſi ſapias: *nam mihi iam minus minusq; obtemperat.
CH. Quid tu? ecquid de illo, quod dudum tecũ egi, egiſti Syre? aut
Reperiſti tibi quod placeat, an nondum etiã? s. de fallacia

**hem.* Dicis? eſt, inueni nuper quandam, CH. * frugi es. cedò quid id eſt?

**Laudat denuo fallacem ſeruum.* s. Dicam: verum, vt aliud ex alio incidit. ch. quidnam Syre? s. peſſuma hæc
Eſt meretrix. ch. ita videtur. s. imò, ſi ſcias.
Hoc vide, quod inceptet facinus. fuit quædam anus Corinthia

**Caput fallaciæ.* * Nan. Miſcell. lib. 2. numerorũ legit.* Hic. *huic* drachmarum argẽti hæc mille dederat mutuum.
ch. Quid tum? s. ea mortua eſt: reliquit filiam *adoleſcentulam:

**Valens cauſa ad extorquendum argentum.* Ea relicta huic arraboni eſt, pro illo argento. ch. intelligo.
s. Hanc ſecum huc adduxit, eaq; eſt nunc ad vxorem tuam.
ch. Quid tum? s. Clinia orat, ſibi vti nunc det illam: illi tamen

**Nan. Miſcel. lib. 2.* Poſt * daturum mille nummum poſcit. ch. & poſcit quidem? s. hui,

Dubiumne

Dublumne id eſt?ch. ego ſic putaui, quid nunc facere cogitas?
s.Egone?ad Menedemum ibo: *dicam hanc eſſe captam ex Caria.
Ditem, & nobilem: ſi redimat, magnum ineſſe in ea lucrum.
ch.Erras.s quid ita?ch. pro Menedemo nunc tibi ego reſpondeo:
Non emo. quid ais?s. optata loquere. c. atqui nō opus eſt.
s.Non opus eſt. c. non hercle verò, s. quid iſtuc? *miror. c. iam ſcies.
* Mane mane, quid eſt. quòd tam à nobis grauiter crepuerunt fores?

** Mille daturum drachmas poſcit. i. ſpondet, & pretium pro re emenda offert.*

** Fallaciam aperit.*

** Parat ſe ad aliam ſcenā.*

ACTVS IIII. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Hac ſcena Antiphilæ continet agnitionem: vnde iurgium inter virum, & vxorem oritur. Chremes enim iuſſerat exponi partum, ſi puellam peperiſſet ipſa, quod factum non eſt.

Iambici & Trochaici octonarij.

SOSTRATA, CHREMES, NVTRIX, SYRVS.

*N I S I me animus fallit, hic profectò eſt anulus, quem ego ſuſpicor.
Is, qui cūm expoſita eſt gnata. c. quid vult ſibi Syre hæc oratio?
so.Quid eſt? isne tibi videtur?N. dixi quidem, vbi mihi oſtendiſti, illico
Eum eſſe. so. at vt ſatis modò contemplata ſies mea nutrix. N. ſatis.

** Hæc catastrophe rerū Cliniæ eſt, et occaſio epitaſeos noua rerum Clitiphonis.*

so. Abi nunc iam intrò, atque illa ſi iam lauerit mihi nuntia :
Hic ego virum intereà opperibor. sy. te vult: videas, quid velit.
Neſcio quid triſtis eſt : non temere eſt : metuo quid ſit. c. quid ſiet ?
Næ iſta hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit.
so. Ehem mi vir. c. ehem mea vxor. so. teipſum quæro. c. loquere, quid velis.
so Primum * hoc te oro, nequid credas me aduerſus edictum tuum
Facere eſſe auſam. c. vin' me iſtuc tibi, etſi incredibile eſt, credere?
Credo sy. neſcio, quid peccati portet hęc purgatio.
so. Meminiſtin' me eſſe grauidam, & mihi te maximopere interminatum,
Si puellā pareré, nolle tolli? c. ſcio quid feceris:
Suſtuliſti.* sy. ſic eſt factum domina? ergò herus * damno actus eſt.
so. Minimè : ſed erat hic anus Corinthia haud impura: ei dedi
Exponendam. c. o Iuppiter, * tantamne eſſe in animo inſcitiam?
so. Petii: quid ego feci? c. at rogitas? so. * ſi peccaui mi chreme,
Inſciens feci. c. * id quidem ego, etſi tu neges, certò ſcio,
Te inſcientem, atque imprudentem dicere, ac facere omnia :
Tot peccata in hac re oſtendis. nam iam primum ſi meum
Imperiū exequi voluiſſes, interēptam oportuit,
Nō ſimulare mortē verbis, re ipſa ſpē vitę dare.

*Inſinuatio à purgatione.

*Tollere, hic eſt nutrire.

*Bemb. SO. ſic eſt. factū. C. domin'. S. ergo.

*Damno auctus, ob dotē dandam.

*Tantā ineſſe animo inſcientiam?

*Excuſat imprudētiā.

*Obiurgatio mordax.

At id omitto: miſericordia, aı̃us mr̃nus: * ſino.
Quàm bene verò abs te proſpectum eſt. q̃d voluiſti? cogita:
Nẽpe anui illi ꝓdita abs te filia eſt planiſſimè,
Per te, vel vti q̃ſtũ faceret, vel vti * veniret palã.
Credo id cogitaſti. quid vis? ſatis eſt, dum viuat modò.
Quid cum illis agas. qui neque ius, neque bonum, atque ęquum ſciunt?
Melius. peius: proſit, obſit: nihil vident, niſi q̃d lubet.
SO. Mi Chreme, peccaui, fateor: vincor. nũc hoc te obſecro,
Quãtò tuus eſt aı̃us natu grauior, ignoſcentior,
Vt meę ſtultitiæ iuſtitia tua ſit aliquid pręſidi.
C. Scilicet equidem iſtuc factum ignoſcam: verum Soſtrata,
Male docet te * mea facilitas multa. ſed iſtuc, quid quid eſt.
Qua hoc occeptum eſt cauſa? loquere. SO. vt ſtultæ, & * miſerè omnes ſumus,
* Relligioſæ, cùm exponendam do illi, de digito anulum
Detraho, & cũ dico, vt vnà cũ puella exponeret,
Si moreretur, ne expers partis eẽt de nr̃is bonis.
C. iſtuc rectè: conſeruaſti te, atque illam. S. is hic eſt anulus,
C. Vnde habes? S. quam Bacchis ſecum adduxit adoleſcentulam. SY. * hem.
C. Quid ea narrat? S. ea lauatum dum it, ſeruandum mihi dedit.
Animum non aduerti primò: ſed poſtquã aſpexi, illico
Cognoui: ad te * exilui. C. quid nunc ſuſpicare, aut inuenis

Sino, id eſt, concedo, ſcilicet. quòd hæc te mouerint.

**Veniret, venderetur ad ſtuprum.*

** Facilitas cauſa delinquendi.*

** Miſerè, id eſt, infeliciter. Vide Vict. Vari. lect. lib. 18. ca. 24*

** Religioſæ, id eſt, ſuperſtitioſæ.*

** Hem, ſtupentis eſt.*

** Exilui magnæ lętitiæ indicium eſt.*

De illa? so. neſcio, niſi vt ex ipſa quęras, vnde hunc habuerit.

*Eclipſis, ſcilicet de agnitione filiæ.

Si potis eſt reperiri. sy. interii: * plus ſpei video, quàm volo.

Noſtra eſt, ſi ita eſt. c. viuitne illa, cui tu dederas? so. neſcio.

c. Quid renuntiauit olim feciſſe? so. id, quod iuſſeram.

c. Nomen mulieris cedò quod ſit, vt quęratur. So. Philtere.

s. Ipſa eſt. mirum ni illa ſalua eſt, & ego perii. cl. Soſtrata.

Sequere me intro hac. so. vt præter ſpem euenit. quàm timui malè,

Ne nunc animo ita eſſes duro, vt olim in tollenda, Chreme.

c. Non licet hominem eſſe ſæpe ita vti vult, ſi res non ſinit.

Nunc ita tempus eſt mihi, vt cupiam filiam: olim nihil minus.

ACTVS IIII. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Poſt agnitam Antiphilam Syro nouum quæritur de inuenienda pecunia conſilium.

Iambici octonarij.

SYRVS.

Epitaſis, nã ſubinde alia, atque alia cõ filia fallunt ſeruulum. Et uideas Syrũ hic tanquam Proteum in omneis formas verti.

*Nisi me animus fallit, haud multum à me aberit infortunium:

Ita hercle in anguſtum oppido nunc meæ coguntur copiæ:

Niſi aliquid video, ne eſſe amicam hanc gnati reſciſcat ſenex.

Nam quòd ſperem de argento, aut poſſe poſtulem me fallere.

Nihil

Nihil eſt triumpho, ſi licet me* latere tecto abſcedere.

Crucior, *bolum tantum mihi ereptum tam ſubito è faucibus.

Quid agam? aut quid comminiſcar? ratio de integro ineunda eſt mihi.

Nil tam difficile, quin quærendo inueſtigari poſſit.

Quid, ſi hoc ſic* incipiam nunc? nihil eſt. quid ſi ſic? tantundem egero.

At ſic opinor non poteſt. imo optimè. euge optumam habeo.

Retraham hercle, opinor, ad me idem illud* fugitiuum argentum tamen.

*Vide lib. 2. Nann. Miſcell.

*Metaphora à brutis neſcentibus.

*Ratiocinatio inquirentis.

*Metaphora faceta à profugo.

ACTVS IIII. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Clinia hic teſtatur q̃ gaudeat de agnita Antiphila: & à Syro admonetur, vt amici etiam Clitiphonis rem curet in ſeruanda Bacchide.

Iambici quadrati catalectici, unus ſenarius acatalecticus, reliqui Trochaici octonarij.

CLINIA, SYRVS.

*NVLLA mihi res poſthac poteſt iam interuenire tanta,

Quæ mihi ægritudinem afferat: tanta hæc lætitia oborta eſt.

Dedo patri me nunc iam, vt frugalior ſim, quã vult.

S. Nihil me fefellit: cognita eſt, quantùm audio huius verba.

Iſtuc tibi ex ſententia tua obtigiſſe lætor.

C. O mi Syre, audiſtin' obſecro? S. q̃d ni? qui* vſque vnà affuerim.

C. Cui æquè audiſti commodiùs quidquam euenisse? S. nulli.

*Cataſtrophe ĩ pſonas ſpargitur, & ſubijcitur conſultatio, quæ ad epitaſim alteram facit.

*Vſque aſſiduè.

c. Atque ita me Dii ament, vt ego nunc non tā meapte cauſa.

Lætor, quàm illius: quam ego ſcio* eſſe honore quouis dignam.

Ab honeſto, & vtili.

s. Ita credo. ſed nunc Clinia agè, da te mihi viciſſim.

Nam amici quoq; res eſt vidēda, in tuto vt collocetur.

Ne quid de amica nunc ſenex. c. o Iupiter. s. quieſce.

Me, pro mihi, antiqui dixerunt.

c. Antiphila mea nubet mihi. ſiccine* me interloquere.

c. Quid faciam Syre mi? gaudeo: fer me. s. feró hercle verò.

Indignanter idē iiſdē repetit verbis.

c. Deorum vitam adepti ſumus. s. fruſtra operá opinor ſumo.

c. Loquere, audio. s. at iam* hoc non ages. c. agā. sy. videndum eſt, inquam,

Syri conſilium.

Amici quoq; res Clinia tui ī tuto vt collocetur.

Nā ſi nūc à nobis abis, & Bacchidē hic relinqs,

Nr̄ reſciſſet illico eſſe amicā hāc Clitiphonis ſi

Si abduxeris, celabit, itidē, vt celata adhuc eſt.

c. At enim iſthòc nihil eſt magis Syre meis nuptijs aduerſum.

Nam quo ore appellabo patrem? tenes, quid dicam? s. quidni?

c. Quid dicam? quam cauſam afferam? s. *quin nolo mentiare:

Conſilium aſtutum ſerui, cui tamen non reſpondebit euentus.

Apertè, ita vt res ſeſe habet, narrato. c. quid ais? s. iubeo

Illā te amare, & velle vxorē: hāc eē Clitiphonis.

c. Bonam atque iuſtam rem oppido imperas, & factu facilem.

Et ſcilicet iā me hoc voles pr̄em exorare, vt celet

Senem veſtrum, s. imò vt recta via rē narret ordine

dine omnem. c. hem,

Satin' ſanus, aut ſobrius? tu quidem illum plane prodis.

Nam qui ille poterit eſſe in tuto? dic mihi

s. Huic equidem conſilio* palmam do: hic me magnificè effero,

Qui vim tantam in me, & poteſtatem habeam tantæ aſtutiæ,

Vera dicendo vt eos ambos fallam: vt cùm narret ſenex

Veſter noſtro, iſtam eſſe amicam gnati, nō credat tamen.

c.* At enim ſpem iſthoc pacto rurſum nuptiarum omnem eripis.

Nam dum amicam hanc meam eſſe credet, nō committet filiam.

Tu fortaſſe, quid me fiat, parui* pendis, dum illi conſulas,

s. Quid, malum, me* ætatem cenſes velle id aſſimularier?

Vnus eſt dies, dum argentum eripio, pax, nihil ampliùs.

c. Tantum ſat habes? quid tum quæſo, ſi hoc pater reſciuerit?

s. Quid, ſi redeo ad illos. q aiunt, QVID SI NVNC CAELVM RVAT?

c. Metuo, quid agam. s. metuis? quaſi non ea poteſtas ſit tua,

Quo velis in tempore, vt te exſoluas, rē facias palàm.

c. Age, agè, traducatur Bacchis. s. optumè ipſa exit foras.

Iactantia Syri de ſua aſtutia.

**Clinia veretur, ne perturbentur nuptiæ.*

**curas.*

**Aetatē aduerbialiter poſitum, pro diu, & longo tempore, Ita Hecyra Ac. 5. Sc. 1. Nam neq; ille hoc animo erit ætatem.*

ACTVS IIII. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Bacchis irata ob decē minas nondū traditas, abi-

**Id eſt deducatur.*

turam

turam ſe aſſimulat. cum Syro expoſtulat. Tandē placata ſuaſum eiuſdē, cū omni ſtrepitu ac turba trāſit ad Menedemum, tantiſper dum Chremes fallatur.

Iambici quadrati catalectici.

BACCHIS, CLINIA, SYRVS, DROMO, PHRYGIA.

*SATIS pol proterue me Syri promiſſa huc induxerunt,
Decem minas, quas mihi dare pollicitus eſt. q̃d ſi is nunc me
Deceperit, ſæpè obſecrans me, vt veniam, fruſtra veniet:
Aut cùm venturam dixero, & cōſtituero, cùm is certè
Renuntiarit, Clitipho*cùm ſpe pēdebit animi,
Decipiam, ac non veniam, Syrus mihi tergo pœnas pendet.
CL. Satis ſcitè*promittit tibi. S. atqui tu hanc iocari credis?
Faciet, niſi caueo. B. dormiunt: ego pol iſtos cōmouebo.
*Mea Phrygia audiſtin, homo iſte modò quam villam demonſtrauit
Charini? P. audiui. B. proxumam eſſe huic fundo ad dextram? P. memini.
B. Curriculò percurre: apud eum miles Dionyſia agitat.
S. Quid hęc inceptat? B. dic me hic oppido eſſe inuitam, atque aſſeruari:
Verùm aliquo pacto verba me his daturam eſſe, & venturam.
S. Perii hercle. Bacchis mane, mane. quò mittis iſthanc quæſo?
Iube maneat. B. **abi. S. quin eſt paratum argentum. B. quin ego maneo.

** Meretricū excandeſcentu conqueſtio de pecunia nondum ſoluta.*

**Mira Bacchidis calliditas.*

**Id eſt, minatur. Virg. Aen. 2. Promiſi ultorē, & verbis odia aſpera moui.*

** Memorē inducit meretricem, aptāque ad fallēdum.*

**Diſſimulatio Bacchidis.*

**Bemb. q. pros.*

S. Atqui

s. Atqui iam dabitur. b. vt lubet. nũ ego inſto? at ſcin' quid * ſodes? — * *ſi facias?*

b. Quid? s. tranſeundum nunc tibi ad Menedemum eſt. & tua pompa

Eo traducenda eſt. c. quam rẽ agis? ſcelus. s. ego ne? * argentum cudo, — * *Metaphoricôs, & ioculariter, ut ſeruum decet.*

Quod tibi dem. b. dignam me putas, quam illudas? s. non eſt temere.

b. Etiamne tecum hic res mihi eſt? s. minimè tuum tibi reddo.

b. * eatur. s. ſequere hac. heus Dromo. d. quis me vult? s. Syrus. d. quid eſt rei? — * *Leuitas meretricis facilè perſuaſa.*

s. Ancillas omneis Bacchidis traduce huc ad vos propere.

d. Quam ob rem? s. neque quæras: & ferant, quę ſecum huc attulerunt.

Sperabit ſumptum ſibi ſenex leuatum eſſe harum abitu.

Næ ille haud ſcit, hoc paulùm lucri, quantùm ei damni adportet.

Tu neſcias, quod ſcis Dromo, ſi ſapies. d. mutum dices.

ACTVS IIII. SCENA V.

ARGVMENTVM.

Per fallaciã Syrus ab hero Chremete argentũ accipit. Menedemi Chremes rurſum miſeretur ob traductã ad illũ cũ omni pompa ſumptuoſam Bacchidem, quam Clinia, non ſui filij amicam putat.

Iambici ſenarij.

CHREMES, SYRVS. — * *Obiter & Chremes producitur, ut magis appareat, quantũ fallatur.*

* Ita me Dii amabunt, vt nunc Menedemi vicem

Miſeret me, tantùm deueniſſe ad eum mali.

Illancine mulierem alere cum illa familia?

Etſi ſcio, hoſce aliquot dies non ſentiet

Ita

Ita magno deſiderio fuit ei filius.
Verùm vbi videbit tantos ſibi ſumptus domi
Quotidianos fieri, nec fieri modum,
Optabit rurſum, vt abeat abs ſe filius.
Syrum optimè eccum. s. ceſſo hunc* adoriri? c. Syre. s. hem.
ch. Quid eſt? s. te mihi ipſum dudum exoptabã dari.
c. Videre egiſſe iam neſcio quid cum ſene.
s. De illo, quod dictũ dudum? ac factũ reddidi.
c. Bonan' fides? s. *bona hercle. c nõ poſsũ pati,
Quin tibi caput demulceam. accede huc Syre.
Faciam boni tibi aliquid pro iſta re, ac lubens.
s. At ſi ſcias, quàm ſcitè in mentem venerit.
c. Vah, *gloriare eueniſſe ex ſententia?
s. Non hercle verò: *verum dico. c. dic quid eſt?
s. Tuæ Clitiphonis eſſe amicam hanc Bacchidẽ
Menedemo dixit Clinia, & ea gratia
Secum adduxiſſe, ne tu id perſentiſceres.
c. Probè. s. dic ſodes, c. nimium inquam. s. imò ſic ſatis.
Sed porrò auſculta quod * supereſt fallaciæ.
Seſe ipſe dicet tuam vidiſſe filiam:
Eius ſibi complacitam formam, poſtquàm aſpexerit:
Hanc ſe cupere vxorem. c. modò quæ inuenta eſt: s. eam:
Et quidẽ iubebit poſci. c. quã ob rem iſtuc Syre?
Nam prorſus nihil intelligo s. vah, * tardus es.
c. Fortaſſe. s. argentum dabitur ei ad nuptias,
Aurũ, atque veſtem, qui tenesne? c. comparet?
s. Idipſum. c. at illi ego neque do, nec deſpõdeo.
s. Nõ? quam ob rem? c. quam ob rem? me rogas?
*homini fugitiuo da? s. vt lubet.
Nõ ego * perpetuo dicebam, illam illi vt dares,

* *Adoritur, qui inſidioſè celeriter inuadit.*
Blanda atrectatio.
Nannius, ariolare, legit Miſcell. lib. 2.
* *Ironicos uerum dicit. Nam per eã veritatẽ ſenes falluntur.*
* *Altera fallacia pars.*
Increpat Chremetis tarditatem.
Eclipſis.
Perpetuò.

Verùm

Verùm vt ſimulares.c.non mea eſt ſimulatio.
Ita tu iſthæc tua miſceto, ne me tu admiſceas.
Egon', cui daturus non ſim, vt ei deſpondeam?
s.Credebam.c.minimè.s.ſcitè poterat fieri:
Et ego hoc quia dudum tu tantoperè iuſſeras,
*Eò cœpi.c.credo.s cęterū equidē iſtuc Chreme *Ab autoritate Chremetu comis locutio.
Aequi,boniq, facio.c. atqui tum maximè
Volo te dare operam,vt fiat verùm alia via.
s.Fiat:quæratur aliud.ſed illud quod tibi
*Dixi de argento,quod iſta debet Bacchidi, *Mira arte argēto emungit ſenem.
Id nunc reddendum eſt illi:neque tu ſcilicet
*Eò nūc cōfugies. quid mea? nū mihi datū eſt?
Num iuſſi?num illa oppignerare filiam *Soluit rationes obijciendas.
Meam me inuito potuit? verùm illud Chreme
Dicūt.IVS SVMMVM,ſępe ſumma*malitia eſt.
c.Haud faciam.s.imò aliis ſi licet,tibi nō licet. *iniuria
Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant.
ch.* Quin egomet iam ad eam deferam.s. imò filium *Perſuaſus Chremes argentum exhibet.
Iube potius.c. quam ob rem? s. quia enim in hunc ſuſpicio eſt.
Tranſlata amoris.c.quid tum?s.quia videbitur
Magis veriſimile id eſſe,cùm hic illi dabit:
Et ſimul* conficiam facilius ego,quod volo. *Conficiam. pro efficiam: verba celeritatem indicantia.
Ipſe adeò adeſt:abi, effer argentum.c.effero.

ACTVS IIII. SCENA VI.

ARGVMENTVM.

Iraſcitur Clitipho,a Syro placatur,eidē præſcribēte,quibus vti mox debeat verbis, & oratione apud patrem,pro amica ab illo argentum accepturus.

Iambici trimetri.

CLITIPHO, SYRVS.

NVLLA eſt tam facilis res, quin difficilis ſiet,
Quam inuitus facias. vel me hæc deambulatio,
Quàm non laborioſa, ad languorem dedit?

Nec

Nec q̇dquã magis nũc metuo, quàm ne denuò
Miſer aliquo extrudar hinc, ne accedam ad Bacchidem.
*Vt te omnes quidem Dii, Deæq; quantum eſt
Syre cum
Tuo iſthoc inuento, cumq; incepto perduint:
Huiuſmodi res ſemper comminiſcere,
Vbi me*excarnufices.s.*i tu hinc, quò dign⁹ es.
Quàm penè tua me perdidit proteruitas.
c.Vellem hercle factum: *ita meritus.SY. meritus? quomodo?
Næ me iſtuc ex te priùs audiſſe gaudeo,
Quàm argentũ haberes, quod daturus iam fui.
CL.Quid igitur dicam tibi vis? abiiſti, mihi
Amicam adduxti, quam non*liceat tangere.
s. Iam non ſum iratus: ſed ſcin' vbi nũc ſit tibi
Tua Bacchis? CL. apud nos.s. nõ.CL.vbi igitur?
s.apud Cliniam.
c.Perii.s. bono animo es, iam argentum ad eã deferes,
Quod ei pollicitus.c.garris. vñ id? s.à tuo patre
c.Ludis fortaſſe me.s.ipſa re experibere.
c. Næ ego fortunatus homo ſũ. deamo te Syre.
s. Qua cauſa id fiat, *caue q̇dquã admirat⁹ ſies,
Sed pater egreditur: obſecundato in loco:
Quod imperabit, facito: loquitor paucula.

*Imprecatio nimium inconſiderati amantis.
* Bemb. huius mihi.
* Terribiliter pronunciandum.
* Ingẽs amãtis ardor. Bemb. is.
* licitũ eſt.
*Caue quidquam admiratus ſies. Glareanus, ſis, legit.
* Audacia, poſtremum & arrogantia ſerui, herili filio, heroq; ipſi inſtruentis.

ACTVS IIII. SCENA VII.

ARGVMENTVM.

Chremes argẽtum affert, quod det Clitiphoni Ad poſtremum queritur de ſumptu faciẽdo filiæ cauſa.

Iambici trimetri.

CHREMES, CLITIPHO, SYRVS.

VBI Clitipho nũc eſt?s. eccũ mé, inque. CLI. eccum hic tibi.
c.Quid re eſſet, dixtin' huic?s. dixi pleraq; oĩa

CH.Cape

ch. Cape hoc argẽtũ, ac defer. s. i. quid ſtas lapis?
Quin accipis? CLI. cedò ſanè SY. ſequere hac me ocyus.
Tu hic nos, dum eximus, intereà opperibere.
Nam nihil eſt, illic quòd moremur diutius.
CH. * Minas quidẽ iam decem habet à me filia: *Tenax conqueritur de damno per filiam aucto.
Quas pro alimentis eſſe nunc duco datas.
Haſce ornamentis conſequentur alteræ,
Porrò hæc talenta dotis adpoſcent duo.
Quam multa iuſta iniuſta fiunt moribus.
Mihi nunc relictis rebus, inueniendus eſt
Aliquis, labore inuenta mea cui dem bona.

ACTVS IIII. SCENA VIII.

ARGVMENTVM.

Iucundum habet errorem Chremetũ: qui Menedemum falli putat, dum ipſe fallitur.

Iambici trimetri.

MENEDEMVS, CHREMES.

* MVLTO omnium nunc me fortunatiſſimum *Senſim pergit cò, vt palam fiat erraſſe Chremetem, ut ĩ epitaſi fabulæ omnia ſeruulum conſilia fallant.
Factum puto eſſe gnate, cùm te intelligo
Reſipiſſe c. vt errat. M. teipſum quærebam Chreme:
Serua, quod in te eſt, filium, & me, & familiam.
c. Cedò, quid vis faciã? M. inueniſti hodie filiã.
c. Quid tũ? M. hãc ſibi vxorem dari vult Clinia.
c. *Quæſo, quid tu hominis es? M. quid? CH. iamne oblitus es. *Quæſò, obiurgatorium eſt.
Inter nos quid ſit dictum de fallacia,
Vt ea via abs te argentum auferretur? M. ſcio.
c. Ea res nunc agitur ipſa. M. qd dixti Chreme?
*Erraui: res acta eſt. quanta ſpe decidi; *Verſus notus.
c. Imò hæc quæ apud te eſt. Clitiphonis eſt
Amica. M. ita aiunt. c. & tu credis? M* omnia. *Credit ſe intelligere fallaciam.
c. Et illum aiunt velle vxorem; vt, cum deſponderim,

Des qui aurum, ac veſtem, atque alia, quæ opus ſunt, comparet.

M. Id eſt profectò: id amicæ dabitur. C. ſcilicet

*Datum. M. vah, fruſtra igitur gauiſus miſer.

Quiduis tamen iam malo, quàm hũc amittere.

Quid nunc renuntiẽ abs te reſpõſum Chreme,

Ne ſentiat me ſenſiſſe, atque ægrè ferat?

C. Ægrè?* nimiũ illi Menedeme idulges. M. ſine:

Inceptũ eſt: perfice hoc mihi *perpetuò Chreme

C. Dic conueniſſe, egiſſe te de nuptiis.

M. dicam quid deinde. C. * me factur ũ eſſe oĩa:

Generum placere: poſtremò etiam, ſi voles,

Deſponſam quoq; eſſe dicitò. M. hem, iſtuc volueram.

C. Tantò ociùs te vt poſcat, & tu id, quod cupis.

Quã ocyſſimè vt des. M. cupio. C. nę tu ꝓpediẽ,

Vt iſtam rem video, iſtius obſaturabere.

Sed hæc vt vt ſunt, cautim, & paulatim dabis,

Si ſapies. M. faciã. C. abi ĩtrò: vide, quid poſtulet

Ego domi ero, ſi quid me voles. M. ſanè volo:

Nam te ſciente faciam, quidquid egero.

Vide Nannium Miſc. lib. 2.

**Corripit patrem de nimia indulgentia.*

**perpetuum*

**Hoc mirificè placebit Cliniæ.*

ACTVS V. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Ad exitum iã properante Comœdia, Syri fallacia detegitur, vt Cliniæ nubat Antiphila. Bacchidem Clitiphonis eſſe amicam Menedemus oſtendit.

Trochaici tetrametri, & Iambici ſenarij.

MENEDEMVS, CHREMES.

*Ego, me non tam aſtutum, neque ita perſpicacem eſſe, id ſcio:

Sed hic adiutor meus, & monitor, & præmonſtrator Chremes

Hoc mihi præſtat. in me quiduis harum rerum conuenit,

**Facetum exordiũ, ſtultitiam Chremetis declaraturum.*

quæ

Quæ ſunt*dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſi-nus, plumbeus: *Conuicia in ſtultum.

In illum nil poteſt: nam exuperat eius* ſtultitia hæc omnia. *aſtutia omnia hac.

c. Ohe, iã deſine Deos vxor gratulãdo obtũdere,

Tuam eſſe inuentam gnatam, niſi illos ex tuo ingenio iudicas,

Vt nihil credas intelligere, niſi ſi idem * dictũ eſt centies. *Ingenium Soſtratæ ſtupidum notat.

Sed quid interim illic iãdudum gnatus ceſſat cum Syro?

M. Quos ais homines Chreme ceſſare? C. ehem. Menedeme*aduenis:

Dic mihi, Cliniæ, quę dixi, nuntiaſtine? M. oĩa.* Gaudium

C. Quid ait? M. gaudere adeò occepit, quaſi qui cupiunt nuptias. de aduentu ſenis.

C. *Ha. ha. he. M. quid riſiſti? C. ſerui venere in mentem Syri *Interiectio

Calliditates. M. itane? C. volt⁹ quoq; hominũ* fingit ſcelus. pfuſi cachinni.

M. Gnatus quòd ſe aſſimulat lætum, id dicis? C. id. M, idem iſtud mihi *Metaphora à figulis.

Venit in mentem. C. *veterator. M. magis: ſi magis noris, putes *Veterator, qui vetus eſt

Ita rem eſſe. C. ain' tu? M. quin tu auſculta. C. mane: hoc priùs ſcire expeto, in aſtutia.

Quid perdideris: nam vbi deſponſam nuntiaſti filio,

Cõtinuò inieciſſe verba tibi Dromonẽ, ſcilicet

*Sponſę veſtem, aurum, atq; ancillas opus eſſe, argentum vt dares *Plau. Truc. Puero op⁹ eſt

M. Non. C. quid non? M. non inquàm. C. neque ipſe gnatus? M. nihil prorſus Chreme. cibum.

Magis vnum etiam inſtare; vt hodie* conficerẽtur nuptiæ. *conſtcrent.

D.Mirra narras.quid Syrus meus? ne is quidē quidquam?M.nihil,

*Faceta in deceptū ironia. C.Quamobrem?M.neſcio equidē;miror, *qui alia tam planè ſcias.

*tuus. Sed ille*tuum quoque Syrus idem mirè finxit filium,vt

Ne paulum quidem ſuboleat eſſe amicam hāc Cliniæ.

*Occupatio. CH.Quid ais?M.*mitto iam oſculari,atq; amplexari:id nihil puto.

C.Quid eſt,quod ampliùs ſimuletur? M. vah. CH.quid eſt?M.audi modo.

*Aperit fallaciam. **Eſt mihi vltimis conclaue in ædibus quoddam retrò:

*Vide Nan. Miſc.lib.2. Huc eſt intrò latus lectus, veſtimētis ſtratꝰ eſt

C.Quid, poſtquàm hoc eſt factum? M. dictum factum,huc abiit Clitipho.

C.Solus?M.ſolus.C.timeo. M.Bacchis conſecuta eſt illico.

*Argumentum quintæ amoris lineæ. C.Sola?M. ſola. C. perii. M. * vbi abiere intrò operuere oſtium.C.hem,

Clinia hæc fieri videbat?M.quid ni? mecū vnà ſimul.

C.Filii eſt amica Bacchis Menedeme:occidi.

*Honeſta in re turpi inſultatio in ſenem. M.Quamobrem?C. * decem dierū vix mihi eſt familia.

M.Quid? iſtuc times, quòd ille operam amico dat ſuo?

C.Imò quòd amicæ.M.ſi dat.C.an dubiū id tibi eſt?

*comi Quēquā animo tā*cōmuni eſſe, aut leni putas

*Honeſta Eclipſis. *Qui ſe vidente amicam patiatur ſuam?M.ha.

*Chremes indignatur in ſeipſum. Quid ni?quò verba faciliùs dentur mihi.

C.Derides?meritò mihi nunc*ego ſubcenſeo.

Quod res dedere,vbi poſſem perſentiſcere,

Niſi

Niſi eſſem lapis?quæ vidi?væ miſero mihi.
At næ illud haud inultum,ſi viuo,ferent:
*Nam iam.M.non tu te cohibes?nõ te reſpicis? *Apoſiopeſis*
Non tibi ego exẽpli ſatis ſum?C.pre iracundia, *irato fami-*
Menedeme,non ſum apud me.M.tene iſtuc lo *liaris.*
qui?
Nonne id flagitium eſt,te aliis conſilum dare,
Foris ſapere,tibi non poſſe te auxiliarier?
C.Quid faciam?ME.id. quod me feciſſe aiebas
parum:
*Fac,te eſſe patrem ſentiat:fac,audeat **Recolit, ac*
Tibi credere omnia,abs te petere,& poſcere, *retorquet cõ*
Ne quam aliam quærat copiam,ac te deſerat. *ſiliũ datũ.*
C.Imò abeat potius malo quouis gentium, **Verba rigi*
Quàm hic * per flagitium ad inopiam redigat *di patris.*
patrem.
Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumptibus,
Menedeme,mihi illæc verè ad raſtros res redit.
M.Quot incommoda tibi in hac re capies, niſi
caues
Difficilem oſtendis te eſſe,& ignoſces tamen
Poſt,& id ingratum.C.ah,neſcis, quàm doleã.
M.vt lubet.
Quid hoc,quod*rogo,vt illa nubat noſtro?ni- **volo.*
ſi quid eſt,
Quod mauis.C.imò & gener,& affines placẽt.
M.Quid dotis dicam te dixiſſe filio?
Quid*obticuiſti?C.dotis ? M. ita dico.C.ah.M.
Chreme, **Tacemus*
Ne quid vereare:ſi minus,nihil dos nõ mouet. *cõſilia, reti-*
C.Duo talẽta ꝓ te noſtra ego eſſe decreui ſatis: *cemus dolo-*
Sed ita dictu opus eſt,ſi me vis ſaluum eſſe, & *res , obtice-*
rem,& filium, *mus,quorũ*
Me mea omnia bona doti dixiſſe illi.M.quam *nos pudet.*
rem agis?

* Conſilium Chremetis perturbati.

C. *Id mirari te ſimulato, et illũ rogitato ſimul
Quamobrem id faciam. M. quin ego verò, quã ob rem id facias neſcio.
C. Egone? vt eius animum, qui nunc luxuria, & laſciuia
Diffluit, retundam, redigam, vt, quò ſe vortat, neſciat.

*Conceſſio irati contra pertinacem.

M. quid agis? C. mitte, ac ſine me in hac re gere re mihi morem. M. *ſino.
Itane vis? C. ita. M. fiat. C. agè iam, vxorem vt ac ceſſat, paret.
Hic ita, vt liberos eſt æquũ, dictis cõfutabitùr.

*Nouum periculum Clitiphonis, ne motus illi ſuperiores repente conſileſcant.

Sed Syrũ. M. quid eum? C. egone? ſi viuo, * adeò exornatum dabo.
Adeò depexum, vt, dum viuat, meminerit ſem per mei:
Qui ſibi me pro deridiculo, ac delectamẽto putat.
Non (ita me Dij ament) auderet hæc facere viduæ mulieri,

Prouerbium.

Quæ in me fecit.

ACTVS V. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Clitiphonem filium obiurgat propter amicam pater: idque adeò ſit, vt ſic admonitus redeat in viã, & Bacchide relicta vxorem ducat, Cõtinet hæc ſcena & callidum Syri conſilium, quo cataſtrophen, id eſt, exitum euentumq́ negotij machinatur.

Trochaici & Iambici tetrametri.

*Clitipho relatu Menedemi ſe à patre abdicatum credit.

CLITIPHO, MENEDEMVS, CHREMES, SYRVS.

*ITANE tandem quæſo Menedeme, vt pater
Tam in breui ſpatio omnem de me eiecerit ani

mum

mum patris?
Quódnam ob facinus? quid ego tãtùm ſceleris admiſi miſer?
* Vulgò faciũt. M. ſcio tibi eſſe hoc grauius multò, ac durius * *Ab exẽplo uitioſo uulgi.*
Cui fit: verùm ego haud minùs ægrè patior id, qui neſcio:
Nec rationẽ capio, niſi quòd tibi bene * ex animo volo. *Beneuolentia indiciũ.*
CL. Hic patrẽ aſtare aiebas? M. eccum. CH. quid me incuſas Clitipho?
Quidquid ego huius feci, tibi proſpexi, & ſtultitiæ tuæ.
Vbi te vidi eſſe * animo omiſſo, &, ſuauia in p̄ſentia * *Carpit filiũ de delitÿs.*
Quæ eſſent, prima habere, neq; conſulere in lõgitudinem.
* Cepi rationem, vt neq; tu egeres, neq; vt hæc poſſes perdere. * *A neceſſario.*
Vbi, cui decuit primò, tibi non licuit per te mihi dare,
Abii ad proximos, tibi qui erant: eis commiſi, & credidi
Ibi tuę ſtultitię ſemper erit pręſidiũ Clitipho,
Victus, veſtitus, quò in tectum te receptes. CL. hei mihi
CH. Satius eſt, quàm teipſo hærede hæc poſſidere Bacchidem.
S. * Diſperii. ſceleſtus quantas turbas conciui in ſciens * *Accuſatio ſuiipſius.*
CL. Emori cupio. CHR. priùs quæſo diſce, quid ſit viuere. * *Eclipſis.*
Vbi ſcies, ſi diſplicebit vita, tum iſthoc vtitor. *Trãsfert culpam omnem in ſe.*
S. * Here, licetne? CH. loquere. S. at tutò. CH. loquere. S. quæ iſta prauitas,

Quæue amentia, quod peccaui ego, id obeſſe huic CH. ilicet,
Ne te admiſce: nemo accuſat Syre, nec tu aram tibi,
Neq; precatorem parraris. s. quid agis? C. nihil ſub cenſeo,
Nec tibi, nec huic: nec vos eſt ęquum quod facio, mihi.
s. Abij, ac rogaſſe vellem. CL. quid? s. vnde mihi peterem cibum?
Ita nos abalienauit. tibi iam eſſe ad ſororē intelligo.
CL. Adeon' rem rediiſſe, vt periculum etiam* fame mihi ſit Syre?
s. Modò liceat viuere, eſt ſpes cl. quæ? s. nos eſu rituros ſatis.
CL. Irrides in re tanta, neq; me quidquam conſilio adiuuas?
s. Imò, & ibi nunc ſum, & vſq; dudum id egi, dum loquitur pater:
Et quantùm ego* intelligere poſſum. CL. quid? s. non aberit longiùs.
CL. Quid id ergo? s. ſic eſt, non eſſe horum te arbitror. CL. qui iſtuc Syre?
Satin' ſanus es. ego dicam, quod mihi in mentem: tu diiudica.
Dū iſtis fuiſti ſolus, dū nulla alia delectatio,
Quæ propior eſſet, *te indulgebāt, tibi dabāt: nunc filia
Poſtquàm eſt inuenta vera, inuenta eſt cauſa, qua te expellerent.
CL. *eſt veriſimile. s. an tu id peccatū hoc eſſe illum iratum putas?
CL. Non arbitror. s. nunc aliud ſpecta: *matres omnes filiis
In pec-

Extremum miſeriarum fames
**Fame, anti que pro fa mis. Veteres declinabant. fames huius famei, fame, vel fames. Vide Gel. li. 9. cap. 14.*
** Præ nimia affectione intercipit ſermonem. Calli dū Syri cōſiliū, quo cata ſtrophen machinatur.*
**Antiquè.*
** Facilè aſſentitur.*
**Materna in filios indulgentia.*

In peccato adiutrices,auxilio i paterna iniuria
Solent eſſe:id non fit.Cl.verum dicis.quid ergo non faciam?
Syre?s.* ſuſpicionem iſtanc ex illis quære,rem profer palàm?. *Callidū Siri conſilium.
Si non eſt verum,ad miſericordiam ambos adduces citò,aut
Scibis cuius ſis.cl.rectè ſuades,faciam.s.ſat rectè mihi in
Mentem venit:nanq; adoleſcens quàm*minima in ſpe ſitus erit, * Valla elegant.lib.1. cap.16.
Tam facillimè patris pacem in leges conficiet ſuas.
Etiam haud ſcio,an ne vxorem ducat, ac Syro nil gratiæ.
Quid autem hoc?ſenex exit foras:ego fugio. adhuc quod factum eſt, *Eclipſis. *ob hoc,
Miror nō iuſſiſſe illico arripere me. adMenedemum hinc pergam?:
Eum*precatorem mihi paro: ſeni noſtro fidei nihil habeo. *Precatorē id eſt interceſſorem.

ACTVS V. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Chremes filij occaſione vxorē obiurgat:& mordacibus dictu impetit,ſalibusq́ non illepidu, & maternum animū in hac ſcena ob oculos ponit Terentius.

Iambici & trochaici octonarij, Iambicus dimeter vnus.

SOSTRATA, CHREMES.

*PROFECTO, niſi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali: *Homo, per contē tū, & id cum ſtomacho pronuntiandū.
Idq; adeò miror,quomodo tam ineptum quid quam potuerit tibi
Venire in mētem,mi vir.c.oh,pergin * mulier eſſe?vllamne ego *Notat mulierum importunitatē.

Rem vnquam volui, quin tu in ea re mihi fueris aduerſatrix Soſtrata?

At ſi rogitem iam, quid eſt quod peccem, aut quam obrem hoc faciam, neſcias.

In qua re nunc tam confidenter reſtas ſtulta? s. ego neſcio.

c. Imò ſcis potiùs, quam quidem redeat ad integrum eadem oratio.

s. Oh, iniquos es, qui me tacere de re tanta poſtules.

c. Non poſtulo: iam loquere: nihilominus ego hoc faciam tamen.

s. Facies? c. verum. s. non vides, quantùm mali ex ea re excites?

Subditum ſe ſuſpicatur c. *ſubditum ain' tu? s. certe, *inquam, mi vir.

c. Confitere* tuũ non eſſe. s. au, *obſecro, iſtuc inimicis fiet.

Egon' confitear meũ non eſſe filiũ, qui ſit me⁹?

c. Quid? metuis ne non, cùm velis, conuincas eſſe illum tuum?

s. Quòd filia eſt inuenta? c. nõ, ſed quod magis credundum ſiet,

Id, quòd eſt conſimilis moribus,

Conuinces facilè ex te natum: nam tui ſimilis eſt probè:

Nam illi* nihil vitij eſt relictum, quin id itidẽ ſit tibi.

Tum prætereà talem, niſi tu, nulla pareret filiũ

Sed ipſe egreditur, quàm ſeuerus rẽ cùm videas cenſeas.

*Repetitio verbi cũ ſtomacho.

* Bemb. ſic erit.

* Bem. tu? S. au.

* Imprecatio

* Conuincas, iuridicum verbum.

* Notat uxoris mores ex filij moribus.

ACTVS V. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Clitipho cum matre colloquens ſuos ſibi parẽtes cõmonſtrari cupit: qua oratione hanc admodum reddit ſolici-

ſolicitam Chremes contumelioſè filium obiurgat.
Trochaici tetrametri,

CLITIPHO, SOSTRATA, CHREMES.

*S I vnquam vllum fuit tempus mater, cùm ego voluptati tibi
Fuerim, dict⁹ fili⁹ tuus tua voluntate, obſecro,
Eius vt memineris, atque inopis nunc te miſereſcat mei :
Quod peto, & volo, parentes meos vt commõſtres mihi.

Valebat ad matrem conſilium hoc, propterea mater producitur.

S. *Obſecro mi gnate, ne iſtuc in animum inducas tuum,
Alienum eſſe te. CL. ſum. S. miſeram me. hoccine quæſiſti obſecro?

Verba matris conſternata.

*Ita mihi, atque huic ſis ſuperſtes, vt ex me, atque ex hoc natus es :
Et caue poſthac, ſi me amas, vnquam iſthuc verbum ex te audiam.

Iurandi vetus mos parentum,

CH. At ego, *ſi me metuis, mores caue in te eſſe iſtos ſentiam.

Aſperitas patris.

CL. Quos? CH. ſi ſcire vis, * ego dicam. gerro, iners, fraus, helluo,
Ganeo, damnoſus, crede, & noſtrum te eſſe credito.

Contumelioſè in abiectiſſimum quenque.

CL. Non ſunt iam hæc parentis dicta. CH. non, ſi ex capite ſis meo
Natus, ita vt aiunt Mineruam eſſe ex Ioue ea cauſa magis
Patiar Clitipho flagitijs tuis me infamẽ fieri.
S. Dij iſthæc prohibeant. CH. Deos neſcio: ego, quod potero, enitar ſedulò.
Quæris id, quod habes, parentes: quod, abeſt, non quæris, patri

Deos neſcio, iraturum more hoc.

Quo-

Quomodo obſequare,& vt ſerues,quod labore inuenerit.
Non mihi per fallacias adducere ante oculos? pudet
Dicere hac præſente verbum turpe:at te id nullo modo
*Cataſtrophe. Facere piguit,CL.*eheu, quàm ego nunc totus diſpliceo mihi,
*incipiam. Quàm pudet:neque,quod principiū * inueniā ad placandum,ſcio.

ACTVS V. SCENA V.

ARGVMENTVM.

Menedemi interuentu poſt turbationes tranquilla fiunt omnia:volenti datur Clitiphoni vxor Archonidis filia:Syro à Chremete ignoſcitur.

Iambici,& Trochaici tetrametri.

MENEDEMVS, CHREMES, CLITIPHO, SOSTRATA.

*Menedemus ſolus hæc ſecum. ENIMVERO Chremes nimis grauiter crucias adoleſcentulum,
Nimisq; inhumane:exeo ergo,vt pacem conciliem.optume
Ipſos video.CH.ehem, Menedeme cur non acceſſi iubes
*Filiam,vt nubat ſcilicet Clinia. *Filiam,&,quod dotis dixi,firmas?S.mi vir,te obſecro,
Ne facias.CL.pater, obſecro mihi ignoſcas. M. da veniam Chreme:
*Mirè ſibi ignoſci poſtulat. Sine te exorent.CH.egone mea bona vt dē Bacchidi dono?ſciens
*Metaphora a repagulo excluderat. Non faciam.M.at id nos non ſinemus. CL. *ſi me vnum vis pater,
Ignoſce.S.agè,Chreme mi.ME agè quæſo,ne ſi *obfirma te Chremes.

CH.Quid

CH. Quid iſtuc? video non licere, vt cœperam,
hoc pertendere.
M. Facis, vt te decet. CH. ea lege hoc adeò faciã, *Pater, vox deliberantis.
ſi id faciat,
Quod ego hunc æquum cenſeo. CL. *pater, om
nia faciam: impera.
CH. Vxoré vt ducas. CL. pater. CH. nihil audio.
ME. ad me recipio,
Faciet. CH. nihil etiam audio ipſum. CL. perii.
SO. an dubitas, Clithipho?
CH. Imò vtrum vult. M. faciet omnia. SO. hæc,
dum incipias, grauia ſunt,
Dumq; ignores: vbi cognoris, facilia. CL. faciã
pater.
S. Nate mi, ego pol tibi dabo* illam lepidam, *Blanda matris ſuaſio.
quam tu facile ames,
Filiam Phanocratæ noſtri. CL.* rufamne illam *Deformis puellæ deſcriptio.
virginem.
Cæſiam, ſparſo ore, aduncho naſo? non poſſum
pater
CH. Eia, vt elegans eſt, credas animũ ibi eſſe. S.
aliam dabo.
CL. Quid iſtuc? quandoquidem ducẽda eſt, ego
met habeo propemodum, *Laudo te. al. nunc pol te l.
Quam volo. S.* nunc laudo gnate. CL.* Archoni
di filiam.
S. Perplacet. CL. pater hoc nũc reſtat. CH. quid. *Sit Priſc. lib. 7.
CL.* Syro ignoſcas, volo, *Syro ignoſcitur.
Quę mea cauſa fecit. CH. fiat. vos valete, & plau
dite.

FINIS HEAVTONTIM.

ARGVMENTVM ADELPHORVM.

PROTASIS.

Eripuerat Æſchinus lenoni mulierculam, fratri gratificatus, qui illam amabat. Id poſtquam reſciuit Demea, aſpero, & incommodo ingenio pater, de eo peccato cum Mitione, cui Æſchinum dederat adoptandum, expoſtulat, queriturq́; eius indulgentia corrumpi. Periclitantur itaq́; Æſchinus & ſeruuli, quomodo lenoni ſatisfiat: quomodo celetur, Demea ne Cteſiphonis peccatũ reſciſcat. Neque enim tam ipſe ſibi quàm frater curæ eſt.

Præterea amabat ingenuã quandam Æſchinus, cui fidem dederat vxorem ſe ducturũ eſſe: quæ poſtquam raptã audiuit pſaltriã, grauiter perturbata eſt, metuẽs ne deſereretur. Habet hæc pars mira conſilia, miras technas ſerui, quibus fallitur Demea.

EPITASIS.

Reſciſcit Demea vitiũ oblatũ eſſe ingenuæ ab Aeſchino, ea verò de re mirã Tragœdiã excitat, Magis commouetur, poſtquàm deprehendit Criſiphoni cũ pſaltria rem eſſe. Miſere etiã angitur Æſchinus, cum in diſcrimen venit, ne vxore excidat.

CATASTROPHE.

Ha turba oẽs prudentia & mãſuetudine Mitionis ſedãtur. Primas itaq. in hac fabula ſenes habẽt. Confertur enim cũ aſpero & inclemẽti patre, vrbanus & comis pater: & huc oĩa ſpectãt, vt appareat in re domeſtica, publica, commercijs hominum, vbiq́; nullam eſſe neque vtiliorẽ, neque gratiorẽ uirtutẽ comitate. Cõſtat autẽ hæc Comœdia magna ex parte accu-

accuſationibus.& excuſationib⁹:crebras habet que relas & penè tragica pathe. Quare in primis condu cit eius lectio ad locupletandam facundiam.

ADELPHORVN PERSONAE.

MITIO, ſenex.
SYRVS, ſeruus.
GETA, ſeruus.
DEMEA, ſenex.
CTESIPHO, adoleſcens.
HEGIO, ſenex.
SANNIO, leno.
SOSTRATA, matrona.
DROMO, ſeruus
AESCHINVS, adoleſcens.
CANTHARA, nutrix.
PAMPHILA, purpurea.

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

Iambici ſenarij.

Dvos cùm haberet Demea adoleſcentulos,
Dat Mitioni fratri adoptandum Æſchinum,
Sed Cteſifonem retinet. hunc citharıſtriæ
Lepore captum, ſub duro, ac triſti patre
Frater celabat Æſchinus. famam* rei
Amoris in ſe transferebat: denique *quoque.
Fidicinam lenoni eripit. vitiauerat
Idem Æſchinus ciuem Atticam pauperculam,
Fidemq; dederat, hanc ſibi vxorem fore.
Demea iurgare, & grauiter ferre. mox tamen,
Vt veritas pateſacta eſt, ducit Æſchinus
Vitiatam: potitur Cteſipho citharıſtriam,
Exorato ſuo patre duro Demea.

ADEL-

ARGVMENTVM ADELPHORVM.

PROTASIS.

Eripuerat Æſchinus lenoni mulierculam, fratri gratificatus, qui illam amabat. Id poſtquam reſciuit Demea, aſpero, & incommodo ingenio pater, de eo peccato cum Mitione, cui Æſchinum dederat adoptandum, expoſtulat, queriturq́; eius indulgentia corrumpi. Periclitantur itaq; Æſchinus & ſeruuli, quomodo lenoni ſatisfiat: quomodo celetur, Demea ne Cteſiphonis peccatũ reſciſcat. Neque enim tam ipſe ſibi quàm frater curæ eſt.

Præterea amabat ingenuã quandam Æſchinus, cui fidem dederat vxorem ſe ducturũ eſſe: quæ poſt quàm raptã audiuit pſaltriã, grauiter perturbata eſt, metuẽs ne deſereretur. Habet hæc pars mira conſilia, miras technas ſerui, quibus fallitur Demea.

EPITASIS.

Reſciſcit Demea vitiũ oblatũ eſſe ingenuæ ab Aeſchino, ea verò de re mirã Tragœdiã excitat, Magis commouetur, poſtquàm deprehendit Ctiſiphoni cũ pſaltria rem eſſe. Miſere etiã angitur Æſchinus, cum in diſcrimen venit, ne vxore excidat.

CATASTROPHE.

Hæ turbæ oẽs prudentia & mãſuetudine Mitionis ſedãtur. Primas itaq. in hac fabula ſenes habẽt. Confertur enim cũ aſpero & inclemẽti patre, vrbanus & comis pater: & huc oĩa ſpectãt, vt appareat in re domeſtica, publica, commercijs hominum, vbiq; nullam eſſe neque vtiliorẽ, neque gratiorẽ uirtutẽ comitate. Cõſtat autẽ hæc Comœdia magna ex parte

accuſationibus.& excuſationib⁹:crebras habet querelas & penè tragica pathe. Quare in primis conducit eius lectio ad locupletandam facundiam.

ADELPHORVN PERSONAE.

MITIO, ſenex.
SYRVS, ſeruus.
GETA, ſeruus.
DEMEA, ſenex.
CTESIPHO, adoleſcens.
HEGIO, ſenex.
SANNIO, leno.
SOSTRATA, matrona.
DROMO, ſeruus
AESCHINVS, adoleſcens.
CANTHARA, nutrix.
PAMPHILA, purpurea.

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

Iambici ſenarij.

Dvos cùm haberet Demea adoleſcentulos,
Dat Mitioni fratri adoptandum Æſchinum,
Sed Cteſifonem retinet. hunc citharıſtriæ
Lepore captum. ſub duro, ac triſti patre
Frater celabat Æſchinus. famam* rei
Amoris in ſe transferebat: denique *quoque.
Fidicinam lenoni eripit. vitiauerat
Idem Æſchinus ciuem Atticam pauperculam,
Fidemq; dederat, hanc ſibi vxorem fore.
Demea iurgare, & grauiter ferre. mox tamen,
Vt veritas patefacta eſt, ducit Æſchinus
Vitiatam: potitur Cteſipho citharistriam,
Exorato ſuo patre duro Demea.

ADEL-

ADELPHI
TERENTII

ACTA LVDIS FVNEBRIB. L.
AEMILIO PAVLO, Q. FAB. MAXIM.
[illegible] AEDIL. CVR.
[illegible] L. ATILIVS PRAENESTINVS.
[illegible] MODOS FECIT
[illegible] CLAVDII, TIBIIS SARRA-
[illegible] GRAECA MENANDRV. L.
[illegible] CORNELIO COSS. ANNO
[illegible] DXCIIII.

PROLOGVS.

[illegible]

Postquam poeta ſenſit ſcript
uram ſuam
Ab iniquis obſeruari, & aduerſ
arios
Rapere in peiorem partem, qua
acturi ſumus:
Indicio de ſe ipſe erit, vos eritis iudices,
Laudin' an vitio duci factum oporteat.
Synapothneſcontes Diphili comœdia eſt:
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.
In Græca adoleſcens eſt, qui lenoni eripit
Meretricem, in prima fabula: eũ Plautus locũ
Reliquit integrum: eum hic locũ ſumpſit ſibi
In Adelphos, verbũ de verbo expreſsũ extulit.
Eam nos acturi ſumus nouam. pernoſcite,
Furtumne factum exiſtimetis, an locum
Reprehenſum, qui præteritus negligentia eſt.
Nam quod iſti dicunt maleuoli, hoies nobiles
Eum

Eum adiutare, aſſidueq; vnà ſcribere.
Quod illi maledictum vehemens exiſtimant,
*Eam laudẽ hic ducit maximã, cũ illis placet, *Inuerſio.
Qui vobis vniuerſis, & populo placent:
*Quorum opera in bello, in otio, in negotio, *Laus ab humanitate.
Suo quiſque tempore vſus eſt ſine ſuperbia.
Dehinc ne expectetis argumentum fabulæ:
Senes qui primi venient, hi partem aperient,
In agẽdo partẽ oſtendent. facite, æquanimitas
Poetæ ad ſcribendum augeat vt induſtriam.

ACTVS I. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Admodum eſt ſollicitus Mitio, quòd nondũ à cœna redierit filius Æſchinus. Oſtendit in liberũ educãdu lenitate plus, quã aſperitate parẽtes pficere.

Iambici ſenarij.

Mitio hac narratione exponit ſuã erga filiũ voluntatẽ, ſua cõſilia de educatione: exponit itẽ cõnſilia Demea.

MITIO.

*STORAX, non rediit hac nocte à cœna Aeſchinus? *Styrax.
Neq; ſeruulorũ quiſquã, qui aduerſum ierãt?
Profectò hoc verè dicunt. ſi abſis vſpiam,
Aut vbi ſi ceſſes, euenire ea ſatius eſt.
Quæ in te vxor dicit, & quæ in animo cogitat *Orditur narrationẽ à collatione, qua exaggerat curã, & amorẽ erga filium.
Irata, quàm illa, quæ parentes propitii.
*Vxor, ſi ceſſes, aut te amare cogitat,
Aut tete amari, aut potare, aut animo obſequi,
Et tibi bene eſſe ſoli, cùm ſibi ſit malè.
Ego, quia non redijt filius, quæ cogito.
Quibus nũc ſollicitor rebus ne aut ille alſerit,
Aut vſpiam ceciderit, aut perfregerit
Aliquid. vah, quenquamne hominẽ in animo inſtituere, aut
Parare, quod ſit carius, quam ipſe eſt ſibi?
*Atqui ex me hic non natus eſt, ſed ex fratre: is adeò *Atque Cariſius lib. 2. pro atqui, legit. qua particula ĩ trãſitionibus vtimur.

Diſſi-

D.Mirra narras.quid Syrus meus? ne is quidé quidquam?M.nihil,

*Faceta in deceptũ ironia.

C.Quamobrem?M.neſcio equidé.miror, *qui alia tam planè ſcias.

*tuus.

Sed ille*tuum quoque Syrus idem mirè finxit filium,vt

Ne paulum quidem ſuboleat eſſe amicam hãc Cliniæ.

*Occupatio,

CH.Quid ais?M.*mitto iam oſculari,atq; amplexari:id nihil puto.

C.Quid eſt,quod ampliùs ſimuletur? M. vah. CH.quid eſt?M.audi modo.

*Aperit fallaciam.

**Eſt mihi vltimis conclaue in ædibus quoddam retrò:

*Vide Nan. Miſc.lib.2.

Huc eſt intrò latus lectus, veſtimẽtis ſtrat⁹ eſt

C.Quid, poſtquàm hoc eſt factum? M. dictum factum,huc abiit Clitipho.

C.Solus?M.ſolus.C.timeo. M.Bacchis conſecuta eſt illico.

*Argumentum quinta amoris linea.

C.Sola?M. ſola. C. perii. M. * vbi abiere intrò operuere oſtium.C.hem,

Clinia hæc fieri videbat?M.quid ni? mecũ vnà ſimul.

C.Filii eſt amica Bacchis Menedeme:occidi.

*Honeſta in re turpi inſultatio in ſenem.

M.Quamobrem?C, * decem dierũ vix mihi eſt familia.

M.Quid? iſtuc times, quòd ille operam amico dat ſuo?

C.Imò quòd amicæ.M.ſi dat.C.an dubiũ id tibi eſt?

*comi

*Honeſta Eclipſis.

Quẽquã animo tã*cõmuni eſſe, aut leni putas

*Qui ſe vidente amicam patiatur ſuam?M.ha.

*Chremes indignatur in ſeipſum.

Quid ni?quò verba faciliùs dentur mihi.

C.Derides?meritò mihi nunc*ego ſubcenſeo.

Quod res dedere, vbi poſſem perſentiſcere,

Niſi

Niſi eſſem lapis?quæ vidi?væ miſero mihi.
At næ illud haud inultum,ſi viuo,ferent :
*Nam iam.M.non tu te cohibes?nõ te reſpicis? *Apoſiopeſis
Non tibi ego exẽpli ſatis ſum?C.pre iracundia, *irato fami-*
Menedeme,non ſum apud me.M.tene iſtuc lo*liarũ.*
qui?
Nonne id flagitium eſt,te aliis conſilum dare,
Foris ſapere,tibi non poſſe te auxiliatier?
C.Quid faciam?ME.id. quod me feciſſe aiebas
parum:
*Fac,te eſſe patrem ſentiat:fac,audeat *Recolit, ac*
Tibi credere omnia,abs te petere,& poſcere, *retorquet cõ*
Ne quam aliam quærat copiam,ac te deſerat. *filiũ datũ.*
C.Imò abeat potius malo quouis gentium, **Verba rigi*
Quàm hic * per flagitium ad inopiam redigat *di patris.*
patrem.
Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumptibus,
Menedeme,mihi illæc verè ad raſtros res redit.
M.Quot incommoda tibi in hac re capies, niſi
caues
Difficilem oſtendis te eſſe,& ignoſces tamen
Poſt,& id ingratum.C.ah,neſcis, quàm doleã.
M.vt lubet.
Quid hoc,quod*rogo,vt illa nubat noſtro?ni- **volo.*
ſi quid eſt,
Quod mauis.C.imò & gener,& affines placẽt.
M.Quid dotis dicam te dixiſſe filio?
Quid*obticuiſti?C.dotis ? M. ita dico.C.ah.M.
Chreme, **Tacemus*
Ne quid vereare:ſi minus,nihil dos nõ mouet. *cõſilia, reti-*
C.Duo talẽta ꝑ te noſtra ego eſſe decreui ſatis: *cemus dolo-*
Sed ita dictu opus eſt,ſi me vis ſaluum eſſe, & *res , obtice-*
rem,& filium, *mus,quorũ*
Me mea omnia bona doti dixiſſe illi.M.quam *nos pudet.*
rem agis?

Conſilium Chremetis perturbati.

C.*Id mirari te ſimulato, et illũ rogitato ſimul
Quamobrem id faciam. M. quin ego verò, quã ob rem id facias neſcio.
C. Egone? vt eius animum, qui nunc luxuria, & laſciuia
Diffluit, retundam, redigam, vt, quò ſe vortat, neſciat.

Conceſſio irati contra pertinacem.

M. quid agis? C. mitte, ac ſine me in hac re gerere mihi morem. M. *ſino.
Itane vis? C. ita. M. fiat. C. agè iam, vxorem vt arcerſat, paret.
Hic ita, vt liberos eſt æquũ, dictis cõfutabitur.

Nouum periculum Cliphonis, ne motus illi ſuperiores repente conſileſcant. Prouerbium.

Sed Syrũ. M. quid eum? C. egone? ſi viuo, *adeò exornatum dabo.
Adeò depexum, vt, dum viuat, meminerit ſemper mei:
Qui ſibi me pro deridiculo, ac delectamẽto putat.
Non (ita me Dij ament) auderet hæc facere viduæ mulieri,
Quæ in me fecit.

ACTVS V. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Clitiphonem filium obiurgat propter amicam pater: idque adeò ſit, vt ſic admonitus redeat in viã, & Bacchide relicta vxorem ducat. Cõtinet hac ſcena & callidum Syri conſilium, quo cataſtrophen, id eſt, exitum euentumq́; negotij machinatur.

Trochaici & Iambici tetrametri.

CLITIPHO, MENEDEMVS, CHREMES, SYRVS.

**Clitipho relatu Menedemi ſe à patre abdicatũ credit.*

*ITANE tandem quæſo Menedeme, vt pater
Tam in breui ſpatio omnem de me eiecerit animum

mum patris?
Quòdnam ob facinus? quid ego tãtùm ſceleris admiſi miſer?
*Vulgò faciũt. M. ſcio tibi eſſe hoc grauius multò, ac durius *Ab exẽplo uitioſo uulgi.
Cui fit: verùm ego haud minùs ægrè patior id, qui neſcio:
Nec rationẽ capio, niſi quòd tibi bene *ex animo volo. *Beneuolentia indiciũ.
CL. Hic patrẽ aſtare aiebas? M. eccum. CH. quid me incuſas Clitipho?
Quidquid ego huius feci, tibi proſpexi. & ſtultitiæ tuæ.
Vbi te vidi eſſe *animo omiſſo, &, ſuauia in pſentia *Carpit filiũ de delitijs.
Quæ eſſent, prima habere, neq; conſulere in lõgitudinem:
*Cepi rationem, vt neq; tu egeres, neq; vt hæc poſſes perdere. *A neceſſario.
Vbi, cui decuit primò, tibi non licuit per te mihi dare,
Abii ad proximos, tibi qui erant: eis commiſi, & credidi
Ibi tuę ſtultitię ſemper erit pręſidiũ Clitipho,
Victus, veſtitus, quò in tectum te receptes. CL. hei mihi
CH. Satius eſt, quàm teipſo hærede hæc poſſidere Bacchidem.
S. *Diſperii. ſceleſtus quantas turbas conciui in ſciens *Accuſatio ſuiipſius.
CL. Emori cupio. CHR. priùs quæſo diſce, quid ſit viuere. *Eclipſis.
Vbi ſcies ſi diſplicebit vita, tum iſthoc vtitor. Trãsfert culpam omnem in ſe.
S. *Here, licetne? CH. loquere. S. at tutò. CH. loquere. S. quæ iſta prauitas,

Quæue amentia, quod peccaui ego, id obeſſe huic CH. ilicet,
Ne te admiſce: nemo accuſat Syre, nec tu aram tibi,
Neq; precatorem parraris. S. quid agis? C. nihil ſub cenſeo,
Nec tibi, nec huic: nec vos eſt ęquum quod facio, mihi.
S. Abij, ac rogaſſe vellem. CL. quid? S. vnde mihi peterem cibum?
*Ita nos abalienauit. tibi iam eſſe ad ſororē intelligo.
CL. Adeon' rem rediiſſe, vt periculum etiam* fame mihi ſit Syre?
S. Modò liceat viuere, eſt ſpes cl. quæ? s. nos eſurituros ſatis.
CL. Irrides in re tanta, neq; me quidquam conſilio adiuuas?
S. Imò, & ibi nunc ſum, & vſq; dudum id egi, dum loquitur pater:
Et quantùm ego *intelligere poſſum. CL. quid? S. non aberit longiùs.
CL. Quid id ergo? S. ſic eſt, non eſſe horum te arbitror. CL. qui iſtuc Syre?
Satin' ſanus es. ego dicam, quod mihi in mentem: tu diiudica.
Dū iſtis fuiſti ſolus, dū nulla alia delectatio,
Quæ propior eſſet, *te indulgebāt, tibi dabāt: nunc filia
Poſtquàm eſt inuenta vera, inuenta eſt cauſa, qua te expellerent.
CL. *eſt veriſimile. S. an tu id peccatū hoc eſſe illum iratum putas?
CL. Non arbitror. S. nunc aliud ſpecta: *matres omnes filiis

In pec-

Extremum miſeriarum fames

**Fame, antique pro famis. Veteres declinabant. fames huius famei, fame, vel fames. Vide Gel. li. 9. cap. 14.*

** Præ nimia affectione intercipit ſermonem. Calli dū Syri cōſiliū, quo cataſtrophen machinatur.*

**Antiquè.*

** Facilè aſſentitur.*

**Materna in filios indulgentia.*

In peccato adiutrices, auxilio ĩ paterna iniuria
Solent eſſe: id non fit. CL. verum dicis. quid ergo non faciam?
Syre? S.* ſuſpicionem iſtanc ex illis quære, rem proferpalàm. *Callidũ Syri conſilium.
Si non eſt verum, ad miſericordiam ambos ad duces citò, aut
Scibis cuius ſis. CL. rectè ſuades, faciam. S. ſat recte mihi in
Mentem venit: nanq; adoleſcens quàm *minima in ſpe ſitus erit, * Valla elegant. lib. 1. cap. 16.
Tam facillimè patris pacem in leges conficiet ſuas.
Etiam haud ſcio, an ne vxorem ducat, ac Syro nil gratiæ.
Quid autem hoc? ſenex exit foras: ego fugio. adhuc quod factum eſt, *Eclipſis. *ob hoc,
Miror nõ iuſſiſſe illico arripere me. ad Menedemum hinc pergam:
Eum *precatorem mihi paro: ſeni noſtro fidei nihil habeo. *Precatorẽ id eſt interceſſorem.

ACTVS V. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Chremes filij occaſione vxorẽ obiurgat: & mordacibus dictu impetit, ſalibusq; non illepidu, & maternum animũ in hac ſcena ob oculos ponit Terentius.

Iambici & trochaici octonarij, Iambicus dimeter vnus.

SOSTRATA, CHREMES.

*PROFECTO, niſi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali: *Homo, per contẽ tũ, & id cum ſtomacho pronuntiandũ.
Idq; adeò miror, quomodo tam ineptum quidquam potuerit tibi
Venire in mẽtem, mi vir. C. oh, pergin * mulier eſſe? vllamne ego *Notat mulierum importunitatẽ.

Rem vnquam volui, quin tu in ea re mihi fueris aduerſatrix Soſtrata?
At ſi rogitem iam, quid eſt quod peccem, aut quam obrem hoc faciam, neſcias.
In qua re nunc tam confidenter reſtas ſtulta? s. ego neſcio.
c. Imò ſcis potiùs, quam quidem redeat ad integrum eadem oratio.
s. Oh, iniquos es, qui me tacere de re tanta poſtules.
c. Non poſtulo: iam loquere: nihilominus ego hoc faciam tamen.
s. Facies? c. verum. s. non vides, quantùm mali ex ea re excites?
Repetitio verbi cũ ſtomacho. Subditum ſe ſuſpicatur c. *ſubditum ain' tu? s. certe, *inquam, mi vir.
** Bemb. ſic erit.* c. Confitere* tuũ non eſſe. s. au, *obſecro, iſtuc inimicis ſiet.
**Bem. tu? S. au.* Egon' confitear meũ non eſſe filiũ, qui ſit me*?
c. Quid? metuis ne non, cùm velis, conuincas* eſſe illum tuum?
**Imprecatio* s. Quòd filia eſt inuenta? c. nõ, ſed quod magis credundum ſiet,
**Conuincas, iuridicum verbum.* Id, quòd eſt conſimilis moribus,
Conuinces facilè ex te natum: nam tui ſimilis eſt probè:
**Notat uxoris mores ex filij moribus.* Nam illi *nihil vitij eſt relictum, quin id itidẽ ſit tibi.
Tum prætereà talem, niſi tu, nulla pareret filiũ
Sed ipſe egreditur, quàm ſeuerus rẽ cùm videas cenſeas.

ACTVS V. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Clitipho cum matre colloquens ſuos ſibi parẽtes cõ monſtrari cupit: qua oratione hanc admodum reddit ſolici-

ſolicitam Chremes contumelioſè filium obiurgat.
Trochaici tetrametri,

CLITIPHO, SOSTRATA, CHREMES.

*S I vnquam vllum fuit tempus mater, cùm ego voluptati tibi
Fuerim, dict⁹ fili⁹ tuus tua voluntate. obſecro,
Eius vt memineris, atque inopis nunc te miſereſcat mei:
Quod peto, & volo, parentes meos vt commóſtres mihi.
S.*Obſecro mi gnate, ne iſtuc in animum inducas tuum,
Alienum eſſe te. CL. ſum. S. miſeram me. hoccine quæſiſti obſecro?
*Ita mihi, atque huic ſis ſuperſtes, vt ex me, atque ex hoc natus es:
Et caue poſthac, ſi me amas, vnquam iſthuc verbum ex te audiam.
CH. At ego, *ſi me metuis, mores caue in te eſſe iſtos ſentiam.
CL. Quos? CH. ſi ſcire vis, * ego dicam. gerro, iners, fraus, helluo,
Ganeo, damnoſus, crede, & noſtrum te eſſe credito.
CL. Non ſunt iam hæc parentis dicta. CH. non, ſi ex capite ſis meo
Natus, ita vt aiunt Mineruam eſſe ex Ioue ea cauſa magis
Patiar Clitipho flagitijs tuis me infamé fieri.
S. Dij iſthæc prohibeant. CH. Deos neſcio: ego, quod potero, enitar ſedulò.
Quæris id, quod habes, parentes: quod, abeſt, non quæris, patri

*Valebat ad matrem conſilium hoc, propterea mater producitur.

*Verba matris conſternata.

*Iurandi vetus mos parentum,

*Aſperitas patris.

*Contumelioſè in abiectiſſimum quemque.

*Deos neſcio, iraturum more hoc.

Quomodo obſequare,& vt ſerues,quod labore inuenerit.
Non mihi per fallacias adducere ante oculos? pudet
Dicere hac præſente verbum turpe:at te id nullo modo
**Cataſtrophe*
Facere piguit,CL.*eheu, quàm ego nunc totus diſpliceo mihi,
**incipiam.*
Quàm pudet:neque,quod principiũ * inueniã ad placandum,ſcio.

ACTVS V. SCENA V.

ARGVMENTVM.

Menedemi interuentu poſt turbationes tranquilla fiunt omnia: volenti datur Clitiphoni vxor Archonidis filia: Syro à Chremete ignoſcitur.

Iambici,& Trochaici tetrametri.

MENEDEMVS, CHREMES, CLITIPHO, SOSTRATA.

** Menedemus ſolus hæc ſecum.*

ENIMVERO Chremes nimis grauiter crucias adoleſcentulum,
Nimiſq; inhumane:exeo ergo,vt pacem conciliem.optume
Ipſos video.CH.ehem, Menedeme cur non accerſi iubes

** Filiam,vt nubat ſcilicet Clinia.*

*Filiam,&,quod dotis dixi,firmas?S.mi vir,te obſecro,
Ne facias.CL.pater, obſecro mihi ignoſcas. M. da veniam Chreme:

** Mirè ſibi ignoſci poſtulat.*

Sine te exorent.CH.egone mea bona vt dẽ Bacchidi dono?ſciens

**Metaphora a repagulo occluderat.*

Non faciam.M.at id nos non ſinemus. CL. *tã me vnum vis pater,
Ignoſce.S.agè,Chreme mi.ME agè quæſo,ne ſi *obfirma te Chremes.

CH.Quid

CH.Quid iſtuc?video non licere, vt cœperam, hoc pertendere.

M.Facis, yt te decet.CH. ea lege hoc adeò faciã, ſi id faciat, *Pater, vox deliberantu.

Quod ego hunc æquum cenſeo.CL.*pater, omnia faciam: impera.

CH.Vxoré vt ducas.CL.pater. CH. nihil audio. ME.ad me recipio,

Faciet.CH. nihil etiam audio ipſum. CL.perii. SO.an dubitas|Clithipho?

CH.Imò vtrum vult. M. faciet omnia.SO.hæc, dum incipias, grauia ſunt,

Dumq; ignores: vbi cognoris, facilia. CL. faciã pater.

S.Nate mi, ego pol tibi dabo* ellam lepidam, quam tu facile ames, *Blanda matris ſuaſio.

Filiam Phanocratæ noſtri.CL.* rufamne illam virginem. *Deformis puella deſcriptio.

Cæſiam, ſparſo ore, aduncho naſo?non poſſum pater.

CH.Eia, vt elegans eſt, credas animũ ibi eſſe.S. aliam dabo.

CL.Quid iſtuc?quandoquidem ducẽda eſt, ego met habeo propemodum,

Quam volo.S.*nunc laudo gnate.CL.*Archonidi filiam. *Laudo te. al.nunc pol te l.

S.Perplacet.CL.pater hoc nũc reſtat.CH. quid. CL.*Syro ignoſcas, volo, *Sit Priſc. lib.7.

Quę mea cauſa fecit.CH.fiat.vos valete, & plaudite. * Syro ignoſcitur.

FINIS HEAVTONTIM.

ARGVMENTVM ADELPHORVM.

PROTASIS.

Ripuerat Æſchinus lenoni muliercu- lam, fratri gratificatus, qui illam amabat. Id poſtquam reſciuit Demea, aſpero, & incommodo ingenio pater, de eo peccato cum Mitione, cui Æſchinum dederat adoptandum, expoſtulat, queriturq́; eius indulgentia corrumpi. Periclitantur itaq; Æſchinus & ſeruuli, quomodo lenoni ſatisfiat: quomodo celetur, Demea ne Cteſiphonis peccatū reſciſcat. Neque enim tam ipſe ſibi quàm frater curæ eſt.

Præterea amabat ingenuā quandam Æſchinus, cui fidem dederat vxorem ſe ductur ū eſſe: quæ poſtquam raptā audiuit pſaltriā, grauiter perturbata eſt, metuēs ne deſereretur. Habet hæc pars mira conſilia, miras technas ſerui, quibus fallitur Demea.

EPITASIS.

Reſciſcit Demea vitiū oblatū eſſe ingenuæ ab Aeſchino, ea verò de re mirā Tragœdiā excitat, Magis commouetur, poſtquàm deprehendit Ctiſiphoni cū pſaltria rem eſſe. Miſere etiā angitur Æſchinus, cum in diſcrimen venit, ne vxore excidat.

CATASTROPHE.

Hæ turbæ oēs prudentia & māſuetudinē Mitionis ſedātur. Primas itaq. in hac fabula ſenes habēt. Confertur enim cū aſpero & inclemēti patre, vrbanus & comis pater: & huc oīa ſpectāt, vt appareat in re domeſtica, publica, commercijs hominum, vbiq; nullam eſſe neque vtiliorē, neque gratiorē uirtutē comitate. Cōſtat autē hæc Comœdia magna ex parte

accu-

accuſationibus.& excuſationib⁹:crebras habet que relas & penè tragica pathe. Quare in primis condu cit eius lectio ad locupletandam facundiam.

ADELPHORVN PERSONAE.

MITIO, ſenex.
SYRVS, ſeruus.
GETA, ſeruus.
DEMEA, ſenex.
CTESIPHO, adoleſcens.
HEGIO, ſenex.
SANNIO, leno.
SOSTRATA, matrona.
DROMO, ſeruus
AESCHINVS, adoleſcens.
CANTHARA, nutrix.
PAMPHILA, purpurea.

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

Iambici ſenarij.

DVOS cùm haberet Demea adoleſcentulos,
Dat Mitioni fratri adoptandum Æſchinum,
Sed Cteſifonem retinet. hunc citharistriæ
Lepore captum. ſub duro, ac triſti patre
Frater celabat Æſchinus. famam *rei
Amoris in ſe transferebat: denique *quoque.
Fidicinam lenoni eripit. vitiauerat
Idem Æſchinus ciuem Atticam pauperculam,
Fidemq; dederat, hanc ſibi vxorem fore.
Demea iurgare, & grauiter ferre. mox tamen,
Vt veritas patefacta eſt, ducit Æſchinus
Vitiatam: potitur Cteſipho citharistriam,
Exorato ſuo patre duro Demea.

ADEL-

A D E L P H I TERENTII.

**Adelpha.*

ACTA LVDIS FVNEBRIB, L. AEMILII PAVLLI, *Q. FAB. MAXIMO, P. CORNE. AFRICANO AEDIL. CVRVLIB. EGERE L. ATILIVS PRAEMESTINVS MINVCIVS PROTIMVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII, TIBIIS *SARRANIS. FACTA GRAECA MENANDRV, L. ANICIO, M. CORNELIO COSS. ANNO AB VRBE CONDITA D.XCIIII.

**Quos fecere Q. Fabius Maximus, P. Cornelius Africanus. eg.*
**Serranis.*

P R O L O G V S.

Iambici trimetri.

**Narratio.*

P*OSTQVAM poeta ſenſit ſcripturam ſuam
Ab iniquis obſeruari, & aduerſarios
Rapere in peiorem partem, quam acturi ſumus:
Indicio de ſe ipſe erit: vos eritis iudices,
Laudine, an vitio duci factum oporteat.
Synapothneſcontes*Diphili comœdia eſt:
Eam commorientes Plautus fecit fabulam,
In Græca adoleſcens eſt, qui lenoni eripit
Meretricem, in prima fabula eũ Plautus locũ
Reliquit integrum: eum hic locũ ſumpſit ſibi
In Adelphos. verbũ de verbo expreſsũ*extulit.
Eam nos acturi ſumus nouam. pernoſcite,
Furtumne factum exiſtimetis, an locum
Reprehenſum, qui prꝫteritus negligentia eſt.
*Nam quod iſti dicũt maleuoli, hoĩes nobiles

**Diphilus, poeta Comicus fuit.*
**Græca Latino ſtylo ornauit*
**Alia defenſio.*

Eum adiutare, aſſiduéq; vnà ſcribere.
Quod illi maledictum vehemens exiſtimant,
*Eam laudẽ hic ducit maximã, cũ illis placet, *Inuerſio.
Qui vobis vniuerſis, & populo placent:
*Quorum opera in bello, in otio, in negotio, *Laus ab humanitate.
Suo quiſque tempore vſus eſt ſine ſuperbia.
Dehinc ne expectetis argumentum fabulæ:
Senes qui primi venient, hi partem aperient,
In agẽdo partẽ oſtendent. facite, æquanimitas
Poetæ ad ſcribendum augeat vt induſtriam.

ACTVS I. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Admodum eſt ſollicitus Mitio, quòd nondũ à cena redierit filius Æſchinus. Oſtendit in liberis educãdis lenitate plus, quã aſperitate parẽtes ꝓficere. Iambici ſenarij.

Mitio hac narratione exponit ſuã erga filiũ voluntatẽ, ſua cõſilia de educatione: exponit itẽ cõſilia Demea.

MITIO.

**STORAX, non rediit hac nocte à cœna Aeſchinus?
Neq; ſeruulorũ quiſquã, qui aduerſum ierãt?
Profectò hoc verè dicunt. ſi abſis vſpiam,
Aut vbi ſi ceſſes, euenire ea ſatius eſt.
Quæ in te vxor dicit, & quæ in animo cogitat
Irata, quàm illa, quæ parentes propitii.
*Vxor, ſi ceſſes, aut te amare cogitat,
Aut tete amari, aut potare, aut animo obſequi,
Et tibi bene eſſe ſoli, cùm ſibi ſit malè.
Ego, quia non redijt filius, quæ cogito.
Quibus nũc ſollicitor rebus ne aut ille alſerit,
Aut vſpiam ceciderit, aut perfregerit
Aliquid. vah, quenquamne hominẽ in animo inſtituere, aut
Parare, quod ſit carius, quam ipſe eſt ſibi?
*Atqui ex me hic non natus eſt, ſed ex fratre: is adeò

Styrax.
** Orditur narrationẽ à collatione, qua exaggerat curã, & amorẽ erga filium.*
**Atque Cariſius lib. 2. pro atqui, legit. qua particula ĩ trãſitionibus vtimur.*

Diſſi-

Diſſimili ſtudio eſt, iam inde ab adoleſcentia.

**Mitionis vita clemens & otioſa.*

*Ego hanc clementem vitam vrbanam, atque otium
Secutus ſum:&,quod fortunatum iſti putant,

**Demea vita laborioſa & auſtera.*

Vxorē nūquam habui.*ille cōtrà, hæc omnia.
Ruri agere vitam, ſemper parcè, ac duriter
Se habere:vxorem duxit, nati filij
Duo: inde ego hunc maiorem adoptaui mihi,
Eduxi à paruulo,habui,amaui pro meo:
In eo me oblecto: ſolum id eſt carum mihi.
Ille vt item contrà me habeat,facio ſedulò.
Do,prætermitto,non neceſſe habeò omnia
Pro meo iure agere.poſtremò alij clanculum
Patres quæ faciunt,quæ fert adoleſcentia,
Ea ne me celet,,conſuefeci filium.
Nam qui mētiri,aut fallere inſuerit patrē,aut
Audebit, tantò magis audebit cæteros.

**Epiphonema.*

*PVDORE, ET LIBERALITATE liberos
Retinere ſatius eſſe credo,quàm metu.
Hæc fratri mecum non conueniūt,neq;placēt.

**Fratris conſilia.*

Venit ad me ſæpè clamitās.*quid agis Mitio?
Cur perdis adoleſcentem nobis?cur amat?
Cur potat?cur tu his rebus ſumptus ſuggeris?
Veſtitu nimio indulges:nimiùm ineptus es.
Nimium ipſe durus eſt,præter æquumq;,& bonum:

**Retorquet correptionem cōtrarium inferendo.*

*ERRAT LONGE, mea quidem ſententia,
Qui imperiū credat grauius eſſe,aut ſtabilius
Vi quod fit,quā illud quod amicitia adiungit.
Mea eſt ſic ratio,& ſic animum induco meum.
Malo coactus qui ſuum officium facit,
Dum id reſcitum iri credit,tantiſper cauet:
Si ſperat fore clam,rurſum ad ingenium redit.
Ille,quem beneficio adiungas,ex animo facit,
Studet par referre,præſens,abſensq; idem erit.

*Hoc

*Hoc patrium eſt, potiùs conſuefacere filium,
Sua ſponte rectè facere, quàm alieno metu.
Hoc pater, ac domin⁹ intereſt. hoc qui nequit,
Fateatur neſcire imperare liberis.
Sed eſtne hic ipſus, de quo agebã? * & certè is
Neſcio quid triſtẽ video. credo iã, vt ſolet, (eſt.
Iurgabit. ſaluum te aduenire, Demea,
*Gaudemus.

Indulgẽtia affectum ad diſciplinã reuocat.

**ac certe.*

**Hic Senarius perficitur initio ſcenæ ſequentis.*

ACTVS I. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Demea Æſchini abſentem petulantiam grauiter accuſat: excuſat eundem Mitio plus nimio indulgens pater. Hic attende lenem Mitionem, aſperum Demeam induci à Terentio.

Iambici ſenarij.

DEMEA, MITIO.

*HEM, opportunè: te ipſum quærito.
MIT. Quid triſtis es? Dem. rogitas me? vbi nobis
Æſchinus.
Siet? quid triſtis ego ſũ? M. dixin' hoc fore? (det
Quid is fecit? D. quid ille fecerit? *quẽ neq; pu
Quidquam, neque metuit quenquam, neque
legem putat
Tenere ſe vllã, nã illa, quæ antehac facta ſunt,
Omitto. modò quid deſignauit? M. quidnã id
D. *Fores effregit, atque in ædeis irruit (eſt?
Alienas: ipſum dominum, atq; omnẽ familiã
*Mulctauit vſq; ad mortem: eripuit mulierẽ,
Quam amabat: clamant omnes indigniſſimè
Factum eſſe. *hoc aduenienti quot mihi Mitio
Dixere? in ore eſt omni populo. denique
*Si conferendũ exemplum eſt, non fratrẽ videt
Rei dare operam, ruri eſſe parcũ, ac ſobrium?
Nullum huius ſimili factũ. hæc cùm illi Mitio
Dico, tibi dico tu illum corrumpi ſinis.

** Congreſſus ſenũ, qui velut ſuperiorẽ Mitionis orationem comprobat, et amplificat.*

** Propoſitio generalis.*

** Narratio.*

**Sic P. Victor. in Explicat. ſuarum Caſtigat. in Brutum.*

** Hoc, pro huc.*

** Amplificatio ab exẽplo.*

M. HOMINE IMPERITO nûquàm quidquam iniuſtius,
Qui, niſi quod ipſe facit, nihil rectum putat.

Excuſatio facti per confutationem. D. Quorſum iſtuc? M. *quia tu Demea hæc malè indicas.
Non eſt flagitium, mihi crede, adoleſcentulum
Scortari, neque potare, non eſt, neq; fores

Id plerûq; vſu venit. Effringere; hæc ſi neq; ego neq; tu fecimus,
Non ſiuit egeſtas facere nos. tu nunc tibi

Diſimulatio callida Mitionis, qua placare fratrē conatur. *Id laudi ducis, quod tum feciſti inopia.
Iniurium eſt: *nam ſi eſſet vnde id fieret,
Faceremus: & tu illum tuum, ſi eſſes homo,
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,
Potiùs, quàm, vbi te expectatū eieciſſet foras,
Alienare ætate, poſt faceret tamen,

Tragica exclamatio. D. *Pro Iupiter, tu homo adiges me ad inſaniā.
Nō eſt flagitiū facere hæc adoleſcentulū? M. ah,

Argumentatio per inductionem. Auſculta, ne me obtundas de hac re ſæpius.
Tuum filium dediſti adoptandum mihi:
*Is meus eſt factus: ſi quid peccat Demea,

Varro li. 6. de Orig. legit Scortatur, potat, olet vnguentum. Mihi peccat· ego illi maximam partem feram.
Obſonat, potat, olet vnguenta? de meo:
Amat. dabitur à me argentum, dum erit commodum:
Vbi non erit, fortaſſe excludetur foras.

Perculta breuitas. *Fores effregit? reſtituentur. diſcidit
Veſtem? reſartietur. eſt, Diis gratia,

Peroratio. Et vnde hæc fiant, & adhuc non moleſta ſunt.

hanc rem. *Poſtremò, aut deſine, aut cedò quēuis arbitrū

Plus laudis conſiliū, quā natura conſequitur. Te plura in *hac re peccare oſtendā. D. hei mihi
Pater eſſe diſce ab aliis, qui verè ſciunt.
M. *Natura tu illi pater es, conſiliis ego.

Bemb. conſilijs. D. Tu ne *cōſulis quidquā? M. ah, ſi pergis, abiero.
D. ſiccine agis? M. an ego toties de eadem re audiam?

D. Curæ

D. Curæ eſt mihi. M. curæ eſt, verùm Demea
Curemus æquam vterq; partem, tu alterum,
Ego itẽ alterũ: nam ambos curare propemodũ
Repoſcere illum eſt, quem dediſti. D. ah. Mitio.
M. Mihi ſic videt. D. q̃d iſtuc? *tibi ſi iſtuc placet *Cõceſſio iro-
Profundat, perdat pereat, nihil ad me attinet. nica.
Iam ſi verbum vnũ poſthac. M. rurſum Demea
Iraſcere? D. an non credis? repeton' quem dedi?
Ægrè eſt: alienus nõ ſum. ſi obſto. hem deſino,
Vnum vis curem, curo: & eſt Diis gratia,
Cùm ita, vt volo, eſt. *iſte tuus, ipſe ſentiet. *Iſte, per contemptum.
Poſteriùs nolo in illum grauius dicere.
M. *Nec nihil, neq; oĩa hæc ſunt, q̃ dicit: tamen *Correptio diſſimulationis.
Nonnihil moleſta hæc ſunt mihi: ſed oſtẽdere,
Me ægrè pati, illi nolui. nam ita eſt homo:
Cùm placo, aduerſor ſedulò, & deterreo,
*Tamen vix humanè patitur. verùm ſi augeã, *Argumentum à contrario.
Aut etiam adiutor ſim eius iracundiæ,
Inſaniam profectò cum illo: etſi Æſcinus
Nonnullam in hac re nobis *facit iniuriam, *Reprehenſiones leues.
Quã hic nõ amauit meretricẽ? aut cui nõ dedit
Aliquid? poſtremò, nuper (credo iam omnium
Tædebat) dixit velle vxorem ducere.
Sperabam iam deferuiſſe adoleſcentiam:
*Gaudebã. ecce autẽ de integro: niſi q̃dquid eſt *Apoſiopeſis.
Volo ſcire, atq; hominẽ conuenire, ſi apud forum eſt.

ACTVS II. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Senibus omiſſis deſcribitur Æſchini factum iurgantis cum lenone. Nec error eſt poetæ, quod hic fiãt, quæ facta eſſe Demea dixit, qui fortaſſe rumore nũcio acceperat feciſſe Æſchinum, quod facturum ille ſe minatus fuerat.

Trochaici & Iãbici tetrametri, & vnꝰ demeter.

SANNIO, AESCHINVS.

*Omiſsis ſenibus deſcribitur Æſchini factum, iurgātis cum lenone: eſtque hac periculi protaſis.

OBSECRO, populares ferte miſero, atq; innocenti auxilium:
Subuenite inopi. AE. otioſè, nunc iam illico hic conſiſte.
Quid reſpectas? nihil pericli eſt nunquam, dum ego adero. hic te tanget.
S. Ego iſtam inuitis omnibus.
AE. Quanquàm eſt ſceleſtus, non cōmittet hodie vnquam iterum vt vapulet.
S. Aeſchine audi, ne te ignarū fuiſſe dicas meorum morum,
Leno ego ſum. AE. ſcio. S. at ita, vt vſquam fuit fide quiſquam optuma.
Tu quòd te poſterius purges, hanc iniuriā mihi
Nolle factam, *huius nō faciam. crede hoc, ego meum ius perſequar:
Neque tu verbis ſolues vnquam, quod mihi re maleféceris.
Noui ego veſtra hæc. nollem factum: *iuſiurandum dabitur, te eſſe
Indignum iniuria hac, indignis quam egomet ſim acceptus modis.
AE. *Abi præſtrenuè, ac fores aperi. S. cæterùm hoc nihil facis.
AE. Intrò nunc iam tu. S. at enim nō ſinam. AE. accede illuc Parmeno.
Nimium iſtoc abiſti: hic propter hūc aſſiſte: hē, ſic volo.
Caue nūc iam oculos à meis oculis quoquàm dimoueas tuos.
Ne mora ſit, ſi *innuerim, quin pugnus continuò in mala hæreat.
S. Iſthuc volo ergo ipſum experiri. AE. hem ſerua: omitte mulierem.

*Huius, vel ſtipulam, vel ſummam digiti oſtēdens, dicit.

*Hunc locum explicat. N. Miſc. lib. 2.

*Abi, ad Parmenonem cōcitatus loquitur.

*innuero.

S.* O facinus indignum. AE geminabit, niſi cãues. SA. hei miſero mihi *Exclamatio vapulantis.*

AE. Non innueram: verùm in iſtam partem potiùs peccato tamen.

I nũc iam. S. quid hoc rei eſt? regnumne Æſchine hic tu poſſides?

AE. Si poſſiderẽ, ornat⁹ eſſes ex tuis virtutibus.

S. Quid tibi rei mecum eſt? AE. nihil. S. quid? noſtin' qui ſim? AE. non deſidero,

S. Tetigin' tui quidquam? AE. ſi attigiſſes, ferres infortunium‿,

SA. Qui tibi magis licet meam habere, pro qua ego argentum dedi?

Reſponde. AE. ante ædeis non feciſſe* erit melius hic conuicium‿. *Minantis affectum habent hac verba. Nan. Miſcell. lib. 2.*

*Nam ſi moleſtus pergis eſſe, iam intrò arripiere, atque ibi (ſic erit.

Vſq; ad necem operiere* loris. S. loris liber? AE. ſic erit.

S. O hominem impurum: hiccine libertatẽ aiũt æquam eſſe omnibus? *Comminatio vehementior.*

AES. Si ſatis iam *debacchatus es leno, audi ſi vis nunc iam‿, *Vide Nan. Miſc. lib. 2.*

SA. Ego debacchatus ſum autem, an tu in me? AE. mitte iſta, atque ad rem redi. *Superbe cõtemnit dicta lenonis.*

S. Quam rem? quò redeam? AE. iamne me vis dicere, quod ad te attinet?

S. Cupio, *modò æqui aliquid. AE vah, leno ini*qua me non volt loqui, *Ironicos.*

SA. Leno ſum, fateor, pernicies cõmunis adoleſcentium,

Periurus, peſtis: tamen tibi à me nulla eſt orta iniuria.

AE. Nam hercle etiam id reſtat, S. illuc quęſo redi quò cępiſti Æſchine‿.

AE. Minis viginti tu illam emiſti, quæ res* tibi vertat male‿; *Imprecatio.*

*Stultè negat ſe vendi turum, quod perdidit.

* Liberalis cauſa, quæ cõtinet actionẽ libertatis.

*Tragica exclamatio.

Argenti tantùm dabitur. S. quid? ſi ego* tibi illam nolo vendere.

Coges me? AE. minimè. S. nãque id metui. AE. neque vendundam cenſeo

Quæ libera eſt? nam ego * illam liberali aſſero cauſa manu.

Nunc vide vtrũ vis, argentum accipere, an cauſam meditari tuam.

Delibera hoc, dum ego redeo leno. S. pro ſupreme Iupiter.

Minimè miror, q inſanire occipiũt ex iniuria.

Domo me eripuit, verberauit, me inuito abduxit meam.

*totidem.

Ob malefacta hæc* tantidem emptam poſtulat ſibi tradier.

Homini miſero plus quingentos colaphos infregit mihi.

*Hic mira arte inſano conceditur.

*Verum enim, quando bene promeruit, fiat: ſuum ius poſtulat.

Agè iam cupio, ſi modo argentum reddat. ſed ego hoc ariolor.

Vbi me dixero dare tanti, teſteis faciet illico

Vendidiſſe me: de argẽto ſomnium: mox, cras redi.

Id quoq; poſſum ferre, ſi modò reddat: quãquã iniurium eſt.

Verùm cogito id, quod res eſt, quando eũ quæſtum occeperis,

Accipiunda, & muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt.

Sed nemo dabit: fruſtra egomet mecum has rationes deputo.

ACTVS II. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Sãnio queritur de iniuria ſibi facta ab Æſchino: & Sy-

& Syri conſilijs eluditur.

Iambici tretrametri,& ſenarij.

SYRVS, SANIO.

TACE, egomet conueniam ipſum: cupidè ac cipiat faxo,atque etiam—

Bene dicat ſecum eſſe actũ. quid iſtuc Sannio eſt quòd te audio

Neſcio quid concertaſſe cũ hero?SA. nunquàm vidi iniquiùs

Certationem comparatam,quàm hæc hodie inter nos fuit:

Ego vapulando,ille verberando vſq;,ambo defeſſi ſumus.

S. Ita culpa.SA. quid agerẽ?S.adoleſcentuli morem geſtum oportuit.

SA. qui potui meliùs, qui hodie vſque os præbui?S.agè,ſcis quid loquar?

PECVNIAM IN LOCO negligere maximũ interdum eſt lucrum.SA.hui.

S.Metuiſti,ſi nunc de tuo iure conceſſiſſes paululùm,atque—

Adoleſcenti eſſes morigeratus, hominum homo ſtultiſſime—,

Ne nunc tibi iſtuc fęneraret. SA. EGO SPEM pretio non emo.

S. Nunquàm rem facies:abi, neſcis*ineſcare homines Sannio.

SA.Credo iſtuc melius eſſe:verùm ego nunquã adeò aſtutus fui,

Quid,quidquid poſſem,*mallẽ auferre potiùs in præſentia

S.Agè,noui tuum animum:quaſi iam vſquam tibi ſint viginti minæ,

Dum huic obſequare:præterea autem te aiunt proficiſci Cyprum.SA.hem.

**Conſil'a ſerui,qbus eludit lenonem: eaq; commodè ſubiecit ſtatim concertationi, quæ fuit cum eo Æſchino.*

**Metaphora ab aucupibus.*

**Mos auarorum.*

SY. Coemiſſe, hinc quæ illuc veheres, multa: nauem conductam, hoc ſcio.
Animus tibi pendet: vbi illinc ſpero redieris, tamen hoc ages.

Apoſiopeſis SA. *Nuſquam pedem, perii hercle, hac illi ſpe
Hoc inceperunt, SY. timet.

**Metaphora à lapillis articulos vrgentibus.* *Inieci ſcrupulũ hoĩ. SA. O ſcelera. illhuc vide,
Vt in ipſo articulo oppreſſit. emptæ mulieres
Complures, & itẽ hinc alia, quæ porto Cyprũ.
Niſi eò ad mercatũ veniá, damnũ maximũ eſt
Nunc ſi hoc omittam, actum agam: vbi illinc rediero,
Nihil eſt, refrixerit res nunc demum venis?
Cur paſſus? vbi eras? vt ſit ſatius perdere,
Quàm aut hic nunc manere tam diu, aut tum perſequi.

SY. Iãne enumeraſti, quod ad te reditur ũ putes?

** Comploratio.* SA *Hoccine illo dignum eſt? hoccine incipere Æſchinum?
Per oppreſſioné vt hanc mihi eripere poſtulet?

**Metaphora ab arbore reſecta.* SY. *Labaſcit vnũ hoc habeo: vide ſi ſatis placet
Potiùs, quàm venias in periculum Sannio,
Seruesne an perdas totum, diuiduum face.
Minas decem corradet alicundè. SA. *hei mihi,

**Nunc conqueritur de iniuria, cùm damnũ quoque ſentit.* Etiam de ſorte nunc venio in dubium miſer.
Pudet nihil: omneis dentes labefecit mihi:
Præterea colaphis tuber eſt totum caput.
Etiá inſuper defraudet? nusq̃ abeo. S. vt lubet.
Nunquid vis, quin abeam? SA. imò hercle hoc quæſo Syre,

**Diuertit ſe tandẽ ad preces.* Vt vt hæc sũt facta, * potiùs, quá lites ſequar.
Meum mihi reddat, ſaltẽ quáti empta eſt Syre,
Scio non te vſum antehac amicitia mea:
Memorem me dices eſſe, & gratum. SY. ſedulò

** Paraſceue.* Faciam, *ſed Cteſiphonem video, lætus eſt

De amica. SA. qd, quod te oroſ. pauliſp mane,

ACTVS II. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Cteſipho fratrem laudat, & cōmendat, agitq́; gratias abſenti pro accepto beneficio.

Iambici tetrametri, & monometer vnus.

CTESIPHO, SYRVS.

*Abs quiuis homine, cùm eſt opus, beneficiū accipere gaudeas.

Verùm enimuero id demū iuuat, ſi, quē ęquū eſt benefacere, is facit.

O frater frater. quid ego te nunc laudem? ſatis certò ſcio:

*Nunquam ita magnificè quicquam dicam, id virtus quin ſuperet tua:

Itaque vnam hanc rem me habere prężter alios præcipuam arbitror,

Fratrem, *hominem neminē eſſe primarū artium magis principem.

SY. O Cteſipho. C. ò Syre Æſchinus vbi eſt? SY. ellum, te expectat domi. C. hem.

SY. Quid eſt? C. quid ſit? illius opera Syre nunc viuo. feſtiuum caput.

*Qui omnia ſibi *poſt putarit eſſe præ meo cōmodo:

Maledicta, famam, meum *amorem, & peccatū in ſe tranſtulit.

Nihil pote ſuprà. ſed* quidnam fores crepuit. S. mane, mane.

Ipſe exit foras.

** Spargitur in perſonas Æſchini facta, idque tam Cteſipho prædicat, nē ſe ad quem fructus redit.*

** Sūma fratris laudatio.*

** Bemb. homini nemini.*

** quirr.*

** Veri fratris deſcriptio.*

** laborem.*

** Acron legit, quidnam eſt? fores. Vide Caſtig. Riuij, & Geor. Fabricium.*

ACTVS II. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Colloquūtur fratres; agitur de pecunia reddenda lenoni, & paranda cœna.

Iambici tetrametri.

Æſchi-

AESCHINVS, SANNIO, CTESIPHO, SYRVS.

Æſchinus ſeruat aduerſus lenonem ſuperbiam.

*VBI ille ſacrilegus? SA. men' quærit? núquid nam effert? occidi.
Nihil video. AE. ehem, opportunè teipſum quęrito. quid ſit Cteſipho?
In tuto eſt omnis res omitte verò triſtitiá tuá.
CT. Ego illam hercle verò omitto, qui quidem te habeam fratrem, ò mi Æſchine,
O mi germane, ah vereor coràm in os te laudare ampliùs.

Aſſentatores corã laudant.

*Ne id aſſentandi magis, quàm quòd habeam gratum, facere exiſtimes.
AE. Agè inepte, quaſi nunc nó norimus nos inter nos Cteſipho.

Inſinuatio beneficij in periculo collati.

*Sed hoc mihi dolet, nos penè ſerò ſciſſe, & pene in eum locum
Rediſſe, vt, ſi omnes cuperét, nihil tibi poſſent auxiliarier.

Vide hoc loco Nan. Miſcell li. 2.

Extenuatio delicti.

CT. Pudebat. AE. *ah, *ſtultitia eſt iſthæc, non pudor, tam ob paruolam
Rem penè ex patria. turpe dictu. Deos quęſo vt iſthæc prohibeant.

Mitis eſt, ex debacchante ſcilicet, & auſtero.

CT. Peccaui. AE. quid ait tandem nobis Sãnio? S. iam *mitis eſt.
AE. Ego ad forum ibo: vt hunc abſoluam: tu intrò ad illam Cteſipho.
SA. Syre inſta. S. eamus: namq; hic properat in Cyprum, SA. ne tam quidem,

Inconſtanter à lenone dictum.

*Quamuis etiã maneo otioſus hic. S. reddetur, ne time.
SA. At vt omne reddat. S. omne reddet, tace modò, ac ſequere hac. SA. ſequor.
C. Heus heus Syre. S. hem. qd eſt? C. obſecro hercle te, hominem iſtum impuriſſimum

Quàm

Quàm primum abſoluito te, ne, ſi magis irritatus ſiet,
Aliqua ad patrem hoc permanet, atq; ego tūc
þc perpetuò perierim.
S. Non fiet bono animo eſto. tu cum illa te *intus oblecta interim,
*Et lectulos iube ſterni nobis, & parari cætera.
Ego iam tranſacta re, conuertam me domum cum obſonio.
CT. Ita quæſo: quando hoc bene ſucceſſit, hilarem hunc ſumamus diem.

Honeſta in re turpi periphraſis.

Seruus magnificè loquitur.

ACTVS II. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Sollicitam inducit Soſtratam, ab filia, quæ ex Æſchino grauida eſt, vicinum partum.

Iambici, & Trochaici tetrametri.

SOSTRATA, CANTHARA.

*OBSECRO te mea nutrix, quid fiet? C. quid fiet, rogas?
Rectè ædepol ſpero. S. modo dolores, mea tu, occipiunt primulum.
C. Iam nunc times quaſi nunquā affueris, nunquàm tute pepereris?
C. Miſeram me, neminem habeo, ſolæ ſumus: Geta autem hic non adeſt,
Nec quem ad obſtetricem mittam, nec qui accerſat Æſchinum.
C. Pol, is quidem iam hic aderit: nam nunquā vnum intermittit diem,
Quin ſemper veniat. S. ſolus* mearum eſt miſeriarum remedium.
C. E re nata meliùs fieri haud potuit, quàm factum eſt hera:
*Quando vitium oblatum eſt, quod ad illū attinet potiſſimùm

aliud periculū Æſchini, nam palā fit oppreſſam ab eo ingenuam: & muliercula ī metum conÿciūtur propter raptam pſaltriam.

Amatorius affectus.

Factū laudat ob conditionē nuptiarum.

Talem,

Talem, tali genere, atque animo natum ex tanta familia.

S. Ita pol eſt, vt dicis: ſaluus vobis, Deos quæſo, vt ſiet.

ACTVS III. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Geta Soſtratæ ſeruul⁹ cõmotior, heræ nũciat Aeſchinũ alio captũ amore, puellam eripuiſſe lenoni. Iambici, & Trochaici tetrametri dimeter vnus.

GETA, SOSTRATA, CANTHARA.

Tragica eſt queſtio ſerui de iniuria Æſchini: viam autem facit ad epitaſin.

*Nvnc illud eſt, quòd ſi omnes omnia ſua conſilia conferant,

Atque huic malo ſalutem quærant, auxilij nihil afferant.

Quod mihique, heræque, filiæque herili eſt. væ miſero mihi,

Tot res, recentè circumuallant, vnde emergi non poteſt,

Vis, egeſtas, iniuſtitia, ſolitudo, infamia.

Sæculum accuſat, vt à tempore mores carpat. Geta queri meniam perſequitur per exaggerationem.

*Hoccine ſęclum? ò ſcelera, ò genera ſacrilega, ò hominem impurum.

S. Me miſeram. quidnam eſt, quò ſic video timidum, & properantem Getam?

G. Quem neque fides, neque iuſiurãdum, neq; illum miſericordia

Repreſſit, neque reflexit, neq; quòd partus inſtabat propè,

Cui miſeræ indignè per vim vitiũ obtulerat, ſo. non intelligo

*Cum pondere & ſtomacho pronunciãda: nam ira animum *impedit.*

Satis, quę loquatur. C. propiùs obſecro accedamus Soſtrata. G. ah,

*Me miſerum, vix ſum compos animi, ita ardeo iracundia.

Nihil eſt, quòd malim, quàm totam familiam dari mihi obuiam,

Vt iram

Vt iram hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc eſt recens.
Satis mihi id habeam ſupplicij, dum illos vlciſcar modo,
Seni animam primùm extinguerem ipſi, qui illud produxit ſcelus: *Hypotypoſis*
Tum autem *Syrum impulſorem. vah, quibus illum lacerarem modis *Cum nutu. & geſtu pronuntianda.*
*Sublimem medium arriperem, & capite primùm in terram ſtatuerem,
Vt cerebro diſpergat viam:
Adoleſcenti ipſi eriperem oculos, poſt hæc præcipitem darem: *R. litera canina iram indicat.*
Cæteros *ruerem, agerem, raperem, túderem, & proſternerem.
Sed ceſſo heram hoc malo impertire propere? *Præ iracundia vix tandem cognoſcit heram.*
S. reuocemus. Geta.
G. Hem, quiſquis es, *ſine me. S. ego ſum Soſtrata. G. vbi ea eſt? te ipſam quærito, * CA.
Te expecto: oppidò opportunè te obtuliſti mihi obuiam
Hera. S. quid eſt? quid trepidas? * G. hei mihi. S. quid feſtinas mi Geta? *Interruptus ſermo ob indignationem.*
Animũ recipe. G. prorſus. S. quid iſthuc prorſus ergo eſt? G. *periimus:
Actum eſt. S. eloquere obſecro, quid ſiet. G. iam S. quid iam Geta?
G. Æſchinus. S. quid ergo is? G. alienus eſt a noſtra famili. S. hem,
Perij. quare? G. amare occepit aliam. S. væ miſeræ mihi. *Argumentum magni amoris.*
G. *Neque id occultè fert: à lenone ipſus eripuit palàm *Apoſiopeſis amarè flentis.*
S. Satin' hoc certò? G. certè, hiſce oculis egomet vidi Soſtrata. S. *ah.

Me miſeram. quid credas iam? aut cui credas? noſtrumne Æſchinum,

Exaggeratio. Noſtram vitam omnium,*in quo noſtrę ſpes, omnesq; opes ſitæ

**Oratoriè, vehementius cumpitum poſtremo poſuit.* Erant, qui ſine* hac iurabat ſe vnum nũquàm victurum diem,

Qui ſe in ſui gremio poſiturũ puerum dicebat; *patrem

**patreis.* Ita obſecraturũ, vt liceret ſibi hãc vxoré ducere

**Fruſtra in metum coniecta muliercula, vt in fabula pluſculũ eſſet turbarum.* G. Hera, * lacrumas mitte, ac potius, quod ad hanc rem opus eſt, porrò *conſule.

Patiamurne, an narremus cuipiã? CA. hau, hau mi homo, ſanuſne es?

An proferẽdum hoc tibi videtur vſquam eſſe? G. mihi quidem non placet.

Iam primùm illum alieno animo à nobis eſſe,

**proſpice.* res ipſa indicat.

Nunc ſi hoc palã proferemus, ille inficias ibit, ſat ſcio.

Tua fama, & gnatę vita in dubium veniet. tum ſi maximè

Fateatur, cùm amet aliam, non eſt vtile hanc illi dari.

**Geta conſilium.* *Quapropter quoquo pacto *celato eſt opus. S. ah, minimè gentium:

**tacite.* Non faciam. C. quid agis? S. proferam. C. hem, mea Soſtrata vide quam rem agas.

S. Peiore res loco eſſe non poteſt, quàm in hoc, quo nunc ſita eſt.

Primùm indotata eſt: tum prętereà, quæ ſecunda eis dos erat,

Periit: pro virgine dari nuptũ non poteſt: hoc reliquum eſt,

Si inficias ibit, teſtis mecum eſt annulus, quẽ amiſerat.

Poſtre-

Poſtremò, quando ego conſcia mihi ſum, à me culpam eſſe hanc procul,

Neque pretium, neq; rem vllam interceſſiſſe* illam, aut me indignam, Geta *Riuius, illa. *Priſc. iſtic.

Experiar. G. q̃d*iſtuc? accedo, vt meliùs dicas. s. tu, quantùm potes, legit.

Abi, atq; Hegioni cognato huius rem narrato omnem ordine.

Nam is noſtro* Simulo fuit ſummus, & nos coluit maxime. *Simulus Soſtrata maritus, pater puella vitiata ab Æſchino

G. Nam hercle alius nemo reſpicit nos. s. propera tu mea Canthara,

Curre, obſtetricem* vt, cùm opus ſit, ne in mora nobis ſiet. *accerſe.

ACTVS III. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Malè eſt Demea, quod filium Cteſiphonem audiuerit vnà affuiſſe, cùm eriperet mulierẽ Æſchinus. Iambici ſenarij.

DEMEA.

*Disperii: Cteſiphonem audiui filium *Demea ſolus hæc ſecũ.

Vnà affuiſſe in raptione cum Æſchino.

Id miſero reſtat mihi mali, ſi illum poteſt,

Qui alicui rei eſt, etiá eũ ad nequitiá abducere.

Vbi ergo illũ quæram? credo abductũ in ganeũ

Aliquò: perſuaſit ille impurus, ſat ſcio.

Sed eccum Syrũ ire video: hinc ſcibo iam, vbi ſiet.

Atq; hercle hic de grege illo eſt: ſi me ſenſerit

Eum quæritare, nunquam dicet carnifex.

*Non oſtendam me id velle. *Demea aſtutia.

ACTVS III. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Commendatur Cteſipho, vituperantur Mitio, & Æſchinus: callide vtrũq; Syrus facit. Demea autẽ narra-

narratione virtutum Cteſiphonis plurimũ gaudet.

Iambici ſenarij.

SYRVS, DEMEA.

*OMNEM rem modò ſeni,
Quo pacto haberet, enarramus ordine.
Nihil quidquam vidi lætius. D. pro Iupiter.
Hominis ſtultitiam. S. collaudauit filium:
Mihi, qui id dediſſem conſilium, egit gratias.
D. Diſrumpor. S. argentum adnumerauit illico
Dedit prçtereà iri ſumptum *dimidium minç:
Id diſtributum ſanè eſt ex ſententia. D. hem,
Huic mandes, ſi quid rectè curatum velis.
S. Ehem Demea, haud aſpexerã te quid agitur?
D. Quid agatur? voſtram nequeo mirari ſatis
Rationem. S. eſt herle inepta, ne dicã dolo, atq;
Abſurda. piſceis cæteros purga Dromo:
Cõgrũ iſtum maximum in aqua ſinito ludere
Pauliſper: vbi ego venero, exoſſabitur:
Prius nolo. D. hæccina flagitia? S. mihi quidem
non placent:
Et clamo ſæpè. ſalſamenta hæc Stephanio
Fac *macerẽtur pulchrè. D. Dii voſtram fidem.
Vtrum ſtudione id ſibi habet, an laudi putat
Fore, ſi perdiderit gnatum? væ miſero mihi,
Videre videor iam diem illum: cùm hinc egẽs
Profugiet aliquò militatum. S. ò Demea,
ISTVC EST ſapere, non quod ante pedes mo
do eſt
Videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt, (eſt?
Proſpicere. D. quid? iſthæc iã penes vos pſaltria
S. Ellam intus. D. ehò, an domi eſt habiturus? S.
credo, vt eſt
Dementia. D. hæccine fieri? S. inepta lenitas
Patris, & facilitas praua. D. fratris me quidem
*Pudet, pigetq;. S. nimium inter vos Demea,

Mirè faceto, & callido cõmento eluditur Demea, ne Cteſiphonis peccatum reſciſcat.

**Antiquè.*

**Macerare, mollire, ſicut triticum Columella macerandum dixit, & gemmas aceto macerari Plinius, & plera que alia.*

**Piget ob dãna: pudet ob turpia.*

Ac nō, quia ades præſens, dico hoc, pernimium
interelt.
Tu, quantus quantus, nihil niſi ſapientia es:
Ille *futilis, ſomniū. ſineres verò tu illū tuum
Facere hæc? D.* ſinerem illum? an non ſex totis menſibus
Priùs olfeciſſem, quàm ille quidquā cęperet?
S. Vigilantiam tuam tu mihi narras? D. ſic ſiet*
Modò vt nunc eſt, quæſo. S. vt quiſq; ſuū vult eſſe, ita eſt.
D. Quid eum? vidiſtin' hodie? S. tuumne filiū?
Abigam hinc rus. iamdudum aliquid ruri agere arbitror.
D. * Satin' ſcis ibi eum eſſes? S. oh; qui egomet produxi. D. optumè eſt.
Metui ne hærere hic. S. atque iratū admodum.
D. Quid autem? S. adortus iurgio fratrem apud forum
De pſaltria iſtac. D. ain' verò? S. vah, *nihil reticuit
Nam vt numerabatur fortè argētū, interuenit
Homo de improuiſò: cœpit clamare, Æſchine.
Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere
Indigna genere noſtro? D. oh *lacrumo gaudio.
S. Non tu hoc argentum perdis: ſed vitā tuam.
D. Saluos ſit: ſpero, eſt ſimilis maiorū ſuū. S. hui
D. Syre, præceptorum plenus iſtorū ille. S. phy,
Domi habuit, vnde diſceret. D. ſit ſedulò:
Nihil prætermitto: conſuefacio: deniq;
Inſpicere, tanquam in ſpeculū, in vitas omniū
Iubeo, ATQVE EX aliis ſumere exemplū ſibi.
Hoc facito. S. rectè ſanè. D. hoc fugito. S. callidè.
D. Hoc laudi eſt. S. iſtæc res eſt D. hoc vitio dat̃.
S. Probiſſimè. D. *porrò aūt. S. nō hercle otiū eſt
Nunc mihi auſcultandi: piſceis ex ſententia

*Futilis, Do. omittit.

*Senis vigilantia.

*Priſcia. li. 10. Vide Riuium.

*Vide Ioan. Riui.

*Laus filij diligentis.

*In profuſo gaudio lacryma erūpunt.

*Porrò aūt. initium vlterioris orationis interrupta per Syrum.

Nactus ſum:hi mihi ne corrũpãtur, cautio eſt,
Nam id nobis tam flagitiũ eſt, quã illa Demea
Nõ facere vobis,quæ modò dixi:&, qđ queo,
Conſeruis ad eundem iſtunc* præcipio modũ.
Hoc ſalſum eſt, hoc aduſtum eſt, hoc lautũ eſt
parum:
Illud rectè, iterum ſic memento te:ſedulò
Moneo,quæ poſſum pro mea ſapientia;
Poſtremò, tãquã in ſpeculũ, in patinas Demea
Inſpicere iubeo,& moneo,quid facto* vſus ſiet,
Inepta hæc eſſe,nos quæ facimus,ſentio.
*Verũ quid facias? vt homo eſt, ita morẽ geras.
Nunquid vis? D.mentem vobis meliorem dari.
S.Tu rus hinc ibis? D.rectè.S.nã qd tu hic agas,
Vbi,ſi quid bene præcipias,nemo obtemperat?
D.*Ego verò hinc abeo, quando is,quam ob rẽ
huc veneram,
Rus abijt:illum curo vnum,ille ad me attinet.
Quando ita vult frater, de iſtoc ipſe viderit.
Sed quis illic eſt,procul quẽ video? eſtne Hegio
Tribulis noſter? ſi ſatis cerno is* hercle eſt. vah,
Homo amicus nobis iã inde à puero. Dij boni,
Næ illiuſmodi iam nobis magna ciuium
Penuria eſt. homo antiqua virtute,ac fide.
Haud cito mali,quid ortum ex hoc ſit publicè.
Quàm gaudeo, vbi etiã huius generis reliquias
Reſtare video. vah, viuere etiam nunc lubet.
Opperiar hominẽ hic, vt ſalutem,& colloquar.

Præcepta Demea ad coquinaria vſq. deludit

**vſus, pro opus, Comicum.*

**Gnathonica ſententia.*

**Cauſa diſcedendi, vt fabula confirmetur.*

**ſacere,*

ACTVS III. SCENA V.

ARGVMENTVM.

Hegio docet Soſtrata filiam iniquè ab Æſchino tractatam,ac tandem vitiatam eſſe.id factum nũc Demea narrat.

Iambici ſanarij.

HEGIO, GETA, DEMEA, PAMPHILA.

*PR. O Dij immortales, facinus indignum Geta *Epitaſis pa
Quid narras. G. ſic eſt factū. H. ex illa ne familia lā facit Æ-
Tam illiberale facinus eſſe ortum? ò Aeſchine, ſchini pecca-
Pol haud paternum iſtuc dediſti. D. videlicet tum.
De pſaltria hæc audiuit. id illi nunc dolet
Alieno: *pater is nihili pendit: hei mihi, *Pater, Mi-
Vtinam hic propè adeſſet alicubi, atq; audiret tio ſcilicet.
hæc.
H. *Ni facient, quæ illos æquum eſt, haud ſic *Ciuilis, & auferent. matura com
G. In te ſpes omnis Hegio nobis ſita eſt: minatio.
Te ſolum habemus: tu es patronus, tu parens:
Ille tibi moriens nos commendauit ſenex,
Si deſeris tu, perijmus. H. caue dixeris.
Neq; faciam, neq; me ſatis piè poſſe arbitror.
D. Adibo. ſaluere Hegionem plurimum
Iubeo. H. oh, te quærebam ipſum, ſalue Demea.
D. Quid autem? H. *maior filius tuus Æſchinus, *Artificioſa
Quem fratri adoptandum dediſti, neq; boni, expoſtulatio.
Neq; liberalis functus officium eſt viri.
D. Quid iſtuc? H. noſtrū amicū noras Simulum,
Atq; æqualē? D. quid ni? H. filiam eius virginem
Vitiauit. D. hem. H. mane. nondū audiſti Demea
Quod eſt grauiſſimum. D. an quidquam eſt etiā amplius?
H. Verò amplius: nam hoc quidem ſecundum *Collatione aliquo modo eſt: amplificat.
*Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia. *Narratio.
Humanū eſt vbi ſcit factum, ad matrē virginis
Venit ipſus vltro, lacrumans, orans, obſecrans,
Fidem dans, iurās ſe illam ducturum domum. *Id eſt, vi-
Ignotum eſt, tacitum eſt, creditū eſt. virgo ex eo tio.
*Compreſſu grauida facta eſt. mēſis hic decim⁹ *Cōcluſio ac eſt. cuſationis
*Ille bonus vir nobis Pſaltriam ſi Dijs placet, per ironiam.

Parauit, quicum viuat, illam deſerat.
D. Pro certon' tu iſtæc dicis? H. mater virginis
In medio eſt, ipſa virgo, res ipſa: hic Geta
Præterea, *vt captus eſt ſeruulorũ, non malus,
Neq; iners, alit illas, ſolus omnem familiam
Suſtentat: hunc abduce, vinci, quære rem.
G. Imò hercle extorque, niſi ita factũ ẽ Demea:
Poſtremò non negabit, coram ipſo cedò.
D. Pudet: nec, quid agam, neque quid huic reſpondeam,
Scio. Pam. miſeram me, differor doloribus,
*Iuno Lucina fer opem, ſerua me obſecro. H. hẽ
Numnam illa quæſo parturit? G. certè Hegió.
H. *hem,
Illhæc fidem nunc veſtram implorat Demea.
Quod vos ius cogit, id voluntate impetret
Hæc primùm vt fiant, Deos quæſo, vt* vobis decet:
Sin aliter animus veſter eſt, ego Demea
Summa vi defendam hanc, atq; illum mortuũ.
*Cognatus mihi erat: vnà à pueris paruuli
Sumus educti: vnà ſemper militiæ, & domi
Fuimus: paupertatem vnà pertulimus grauem.
Quapropter nitar, faciam, experiar, denique
*Animã relinquam potiùs, quàm illas deſerã.
Quid mihi reſpondes? D. fratrem conueniam Hegio:
Is qđ mihi de hac re dederit cõſiliũ, id ſequar.
H. Sed Demea hoc tu facito, dũ animo cogites,
Quàm vos facillimè agitis, quàm eſtis maximè
Potentes, dites, fortunati, nobiles,
Tam maxume vos æquo animo æqua noſcere
Oportet, *ſi vos voltis perhiberi probos.
D. Redito: fient, quæ fieri æquum eſt, omnia.
H. Decet te facere Geta duc me intro ad Soſtratã.

** Cæſar, vt captus eſt Germanorũ. Tuſcu. 2. vt captus eſt hominum.*
** Pamphila parturiendo hæc dicit.*
** Argumentum a coniecturis.*
** Græca figura cũ datiuo ὑμῖν πρέπει. Sic infra Act. 5. Scen. 8. Ita nobis decet.*
** Cauſã reddit, cur aduerſarius futurus ſit.*
** Incrementum.*
** Perſuaſio à laude probitatis.*

D. Non me* indicente hæc fiunt: vtinam hoc ſit modò
Defunctum, *verum nimia illæc licentia
Profectò euadet in aliquod magnũ malum. *
Ibo, requiram fratrem, vt in eum hæc euomã:
H. Bonò animo fac ſis Soſtrata, & iſtam quod potes,
Fac cõſolere. ego Mitionem, ſi apud forum eſt, *
Conueniam, atque, vt res geſta eſt, narrabo ordine.
Si eſt, facturus vt ſit officium ſuum,
Faciat: ſin aliter de hac re eſt eius ſententia,
Reſpondeat mihi, vt, quid agam, quàm primũ ſciam.

* *Indicente: hoc eſt, non dicente.*
* *Nimus dura compoſitio eſt, ſed apta iraſcenti.*
* *Epiphonema.*

ACTVS IIII. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Probi adoleſcentis ingenium, moresq́ hac ſcena exprimũtur. Syrus Cteſiphonẽ inſtituit, quemadmodũ reſpondere debeat patri. Initio ſcenæ oſtendit nõ raro cõtingere, vt filij optent parentũ abſentiã, ſi quãdo ſolutius viuere, ac genio indulgere ſtatuerint.

Iambici tetrametri, & dimeter vnus.

CTESIPHO, SYRVS.

*AIN' patrem hinc abiſſe rus? s. iamdudum. CT. dic ſodes. s. apud
Villam eſt. nunc eum maximè operis aliquid facere credo. C. vtinam quidem.
Quod cum ſalute eius fiat, ita ſe defatigarit velim,
Vt triduo hoc perpetuo prorſũ è lecto nequeat ſurgere.
S. Ita fiat, & iſthoc ſi quid potis eſt rectiùs. C. ita: nam hunc diem

* *Hic compendio oſtenditur, quid ſit tam locuturus.*

*Aſſeuera- *Miſerè nimis cupio, vt cępi, perpetuum in læ
tio Comica. titia degere,
Et illud rus nulla alia cauſa, tam male odi, niſi quia
Prope eſt: quod ſi abeſſet longiùs,
Prius nox oppreſſiſſet illic, quàm huc reuerti poſſet iterum.
*Sollicitudinem paternã notat. *Nunc, vbi me illic non videbit, iam huc recurret, ſat ſcio:
Rogabit me, vbi fuerim: quem ego hodie toto non vidi die.
*Bonus adoleſcens mẽtiri neſcit, nec vult. Quid dicam? S. nihil ne in mẽte eſt? C. *nunquã quicquam. S. tantò nequior.
Cliens, amicus, hoſpes nemo eſt vobis? C. ſunt: quid poſteà?
C. Hiſce opera vt data ſit. C. quæ non data ſit? non poteſt fieri. S. poteſt,
C. Interdiu. ſed ſi hic pernocto, cauſæ quid dicam Syræ?
S. Vah, quàm vellem etiam noctu amicis operã mos eſſet dari.
Quin tu otioſus es: ego illius ſenſum pulcrè calleo.
*Hyperbole. *Cùm *feruit maximè, tam placidum, quàm ouem reddo. C. quo modo?
*Feruit, pro feruet, antiquè. S. Laudarier te audit lubenter: facio te apud illum Deum:
Virtutes narro. C. meas S. tuas: homini illico lacrumæ cadunt.
*Silentij prouerbium. Quaſi puero, gaudio, hem tibi autem. C. quidnã eſt? S. *LVPVS IN FABVLA.
C. Pater adeſt? S. ipſus eſt. C. Syre quid agimus? S. fuge modò intrò: ego videro.
*Eclipſis properãti apta. C. Si quid rogabit, *nuſquam tu me. audiſtin'? S. potin vt deſinas?

ACTVS IIII. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Queritur Demea, quòd fratrem non repererit. idem à Syro deluditur, locum in quo ſit frater bifariam deſcribente.

Trochaici tetrametri.

DEMEA, CTESIPHO, SYRVS.

NAE ego homo ſum infelix. primùm fratrem* nuſquam inuenio gentium : | * *Nuſquam gen. magis ſonorã reddit orationem.*

Prætereà autem, dum illum quæro: à villa mercenarium

Vidi: is filiũ negat eſſe ruri: nec, quid agã ſcio.

C. Syre. S. quid ais? mene' quærit? S. verum. C. perii. S. quin tu animo bono es

D. *Quid hoc, malùm, infelicitatis? nequeo ſatis decernere : | **Ridicula querela ſenis*

Niſi me credo huic eſſe natum rei, ferundis miſeriis:

Primus ſentio mala noſtra: prim⁹ reſciſco omnia:

Primus porrò *obnuntio : ægrè ſolus, ſi quid fit, fero.

S. Rideo hunc: primùm ait ſe ſcire: is ſolus neſcit omnia, | **Obnuntiantur mala: annuntiantur bona.*

DE. Nunc redeo : ſi fortè frater redierit, viſo. CTE. Syre

Obſecro, vide ne ille huc prorſus ſe irruat. S. etiam taces?

Ego cauebo. CT *nunquã hercle ego hodie iſtuc committam tibi:

Nam me iam in cellam aliquam cum illa concludam: id tutiſſimum eſt. | **Diffidentia Cteſiphonis ex pauore.*

S. Agè, tamen ego hunc amouebo. D ſed eccum ſceleratum Syrum.

** Eluditur Demea, ne deprehēdat Ctiſiphonem.* s.*Non hercle hic quidem durare quiſquam, ſi ſic fit, poteſt.
Scire equidē volo, quot mihi ſint domini. quæ hæc eſt miſeria?

**Vide Miſc. Nann. lib. 2.* D. Quid ille gannit? quid vult? * quid ais bone vir? eſt frater domi?

**Verſuta Syri fictio, qua ſenē eludit.* s.*Quid, malûm, bone vir mihi narras? equidē perii. D. quid tibi eſt?
s. Rogitas? Cteſipho me pugnis miſerū, & iſtā pſaltriam
Vſque occidit. D. hem, quid narras? s. hem, vide diſcidit labrum?
D. Quamobrem? s. me impulſare hanc emptam eſſe ait. D. non tu eum rus hinc modò

**Callida inuentio.* Produxe aiebas? s.*factū: verùm venit poſt inſaniens:
Nihil pepercit. non puduiſſe verberare hominem ſenem,
Quem ego modò puerum tantillum in manibus geſtaui meis? (co.
D. Laudo Cteſipho: patriſſas: abi. virum te iudi
s. Laudas? næ ille continebit poſthac, ſi ſapiet, manus.

**Ironia.* D. Fortiter. s.*perquam, quia miſeram mulierem, me ſeruulum,

Hui, cum geſtu ſeruili pronuntiādum. Qui referire non audebam, vicit, *hui, perfortiter,
D. Non potuit melius: idem quod ego ſenſit, te eſſe huic rei caput.
Sed eſtne frater intus? s. non eſt. D. vbi illū quæram cogito.

Hoc dicit, vt auidius inueſtiget. s. *Sciò vbi ſit, verùm hodie nunquā monſtrabo. D. hem, quid ais? s. ita.
D. Diminuetur tibi quidem iam cerebrum. s. at nomen neſcio

illius

Illius hominis, ſed locum noui vbi ſit. D. dic ergo locum.
S. Noſtin' porticum apud macellum hanc deorſum? D. quid ni nouerim?
S. *Præterito hac recta platea ſurſum: vbi eò veneris. *Perplexa deſcriptio.
Cliuos deorſum uorſum eſt: hac te præcipitato: poſteà
Eſt ad hanc manum ſacellum: ibi angiportum propter eſt.
D. Quonam? S. illic, vbi etiã caprificus magna eſt. D. noui. S. hac pergito.
D. Id quidem angiportum non eſt peruium. S. verum hercle. vah,
*Cenſen' hominem me eſſe? erraui, in porticũ rurſum redi. * Callidè mẽdacium ſimulando errorem, palliat.
Sanè hac multò propius ibis, & minor eſt erratio.
* Scin' Cratini huius ditis ædes? D. ſcio. S. vbi eas præterieris, *Alia loci deſcriptio.
Ad ſiniſtram hac recta platea: vbi ad Dianæ veneris,
Ito ad dextrã: prius, quàm ad portam venias, apud ipſum lacum
Eſt piſtrilla, & ex aduerſum fabrica: ibi eſt. D. quid ibi facit?
S. Lectulos in Sole iligneis pedibus faciundos dedit,
Vbi potetis vos. D. *ſanè bene. ſed ceſſo ad eum pergere?
S. I, ſanè ego te exercebo hodie, vt dignus es, ſilicernium.
Æſchinus odioſè ceſſat: prandium corrũpitur:
Cteſipho autem in amore eſt totus. ego iã proſpiciam mihi;

Nam

Tabeſcit, & tuo officio fueris functus. ſed ſi al ter putas,

Egomet narrabo, quæ mihi dixti. ME. imò ego ibo. H. bene facis.

*OMNES QVIBVS RES ſunt minùs ſecundæ, magis ſunt neſcio quomodo

*Suſpicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis:

Propter ſuam impotentiam, ſe ſemper credũt* negligi:

Quapropter te ipſum purgare ipſi coram, placabilius eſt.

M. Et rectè, & verum dicis. H. ſequere me ergò hac intrò. M. maximè.

Omnes infortunati maximè ſuſpicioſi.

**Dona. agnoſcit, claudicare.*

ACTVS IIII. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Dolet vehementer Æſchinus in ſuſpicionem veniſſe ſe apud Soſtratam & Pamphilam, quòd amare pſaltriam cœperit, quam non ſibi, ſed fratri vt gratum faceret, ab lenone eripuerat.

Trochaici & Iambici quadrati, Trochaicus vnus dimeter abundans ſyllaba.

AESCHINVS.

*DISCRVCIOR animi. hoccine de improuisò mali mihi obiici

Tantũ, vt neq; quid me faciam, neq; quid agã certum ſiet?

Membra metu debilia ſunt: animus timore* obſtupuit: (do

Pectore cõſiſtere nihil cõſilii quit. vah, quomo

Me ex hac expediam turba? tanta nunc de me ſuſpicio

Incidit, neq; ea immerito, *Soſtrata credit, mihi me pſaltriam hanc

Emiſſe: id anus mihi indicium fecit.

Hac verba repẽtino nuntio Æſchini animum perculſum indicant.

**Sic veteres libri.*

**Cauſa ſtuporis Æſchini.*

Nam

Nam vt hinc fortè ad obſtetricem erat miſſa,
vbi eam vidi, illico

*Amatoria interrogationes de amica.

Accedo, rogito, Pamphila quid agat, iamne partus adſiet,

Eone obſtetricē accerſat illa exclamat. abi, abi iam Æſchine,

Satis diu verba dediſti nobis, ſatis adhuc tua fruſtrata eſt fides

*Sic in An. Valeant, qui inter nos, etc.

*reprehendi.

Hem, quid iſthuc obſecro inquam eſt?*valeas, habeas illam, quæ placet.

Senſi illico id illas ſuſpicari: ſed me*repreſſi tamen,

Ne quid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palam.

Nunc quid faciam? dicā fratris eſſe hanc? quod minimè eſt opus

Vſquam efferri. agè, mitto: fieri potis eſt, vt nequà exeat,

Ipſum id metuo vt credant: tot concurrunt veriſimilia.

Egomet rapui: ipſe egomet ſolui argentum: ad me abducta eſt domum.

Hæc adeò mea culpa fateor fieri, non me hanc rem patri,

Vt vt erat geſta, indicaſſe: exoraſſem, vt eam ducerem.

*Exhortatur ſeipſum.

Ceſſatum vſq; huc eſt: *nūc porrò Æſchine expergiſcere,

Nunc hoc primum eſt: ad illas ibo, vt purgem me: accedam ad fores:

*Io. Riu. legit, ubi haſce pultare occipio miſer. Vide eius Caſtiga.

Perii, horreſco ſemper, *vbi pultare haſce occipio fores.

Heus, heus: Æſchinus ego ſum, aperite aliquis actutum oſtium.

Prodit neſcio quis, concedam huc.

ACTVS

ACTVS IIII. SCENA V.

ARGVMENTVM.

Mirè faceto commento nouum incutit Æſchino metum pater, oſtendens alij viro nupturam Pamphilam. Tandem amoto ludo agere ſeriò incipiens, filij animum gaudio explet, futurum promittens, vt illam ipſe ducat vxorem.

Trochaici tetrametri, Iābici trimetri & quadrati

MITIO, ÆSCHINVS.

*ITA vti dixi Soſtrata
Facite: ego Æſchinum côueniam, vt, quomodo
acta hæc ſint ſciat.
Sed quis oſtium hoc pultauit? AE. pater hercle
eſt: perii. M. Æſchine.
AE. Quid huic hic negoti eſt? MI. tune has pe-
pulisti fores?
Tacet. cur non ludo hunc aliquâtiſper? melius
eſt:
Quandoquidem hoc nunquam mihi ipſe vo-
luit credere.
Nihil mihi reſpondes? AE. non equidem iſtas,
quòd ſciam.
M. Itane? nā mirabar quid hic negoti' eſſet tibi.
Erubuit: ſalua res eſt. AE. dic ſodes pater,
Tibi vero quid iſtic eſt rei? M. *nihil mihi q̄dē
Amicus quidam me à foro abduxit modò
Huc aduocatum ſibi. AE. q.d? M. *ego dicā tibi.
Habitant hic quædam mulieres pauperculæ:
Vt opinor, has non noſſe te, & certò ſcio:
Neque enim diu huc commigrarunt. AE. quid
tum poſteà?
M. Virgo eſt cum matre. AE. perge. M.* hæc vir
go orba eſt patre:
Hic meus amicus illi genere eſt proximus:

** Cataſtrophe capta ē, ſed eā priuſquam abſoluat, mire faceto commento nouū metum Æſchino incutit pater: quod tamen quia nō habet ſeriā querelā, breuiter tractat & ſine tragicis ſchematibus.*

**Eclipſis.*

**Incipit figmentum vero admiſtū.*

**Cum abiectione pronūtiandum, ut nuptiarum ſpē adimat.*

Huic

Huic leges cogunt nubere hanc. AES. perij. M. quid eſt?

AE. Nihil: rectè: perge M. is venit, vt ſecũ auehat.
Nã habitat Mileti. AES. hem virginem vt ſecũ auehat?
M. Sic eſt. AE. Miletum vſq; obſecro? M. ita. AE. animo male eſt.
*Quid ipſę? quid aiunt? M. quid iſtas cenſes? nihil enim.
Commenta mater eſt, eſſe *ex alio viro
Neſcio quo puerum natũ, neq; eum nominat:
Priorem eſſe illum, non oportere huic dari.
AE. Ehò, nonne hæc iuſta tibi videntur poſteà?
M. Non. AE. obſecro non? an illã hinc abducet pater?
M. Quid ni illam abducat? AE. factum à vobis duriter?
*Immiſericorditerq;, atque etiam, ſi eſt pater
Dicendum magis apertè, illiberaliter.
M. Quamobrem? AE. rogas me? quid illi tandẽ creditis
Fore animi miſero, qui *illi conſueuit priùs,
(Qui ĩfelix, haud ſcio, an illã miſere nũc amat)
Cùm hanc ſibi videbit præſens *preſenti eripi,
Abduci ab oculis? facinus indignum pater.
M. *Qua ratione iſtuc? quis deſpõdit? qs dedit?
Cui quando nupſit? auctor his rebus qui eſt?
Cur duxit alienam? AE. an ſedere oportuit
Domi virginem tam grãdem, dũ cognatus hinc
Illinc veniret, expectantem? *hæc mi pater
Te dicere æquum fuit, & id defendere.
M. Ridiculè, aduerſumne illum cauſam dicerẽ,
Cui veneram aduocatus? ſed quid iſta Aeſchine
Noſtra? aut quid nobis cũ illis? abeamus. quid eſt?

*Eclipſis.

*Tãgit Æſchinum.

*Aduerbiũ multarũ ſyllabarum indignationi aptum.

*Interpres, illi, vel illã.

*Seruius legit, præſentẽ.

*Clam hic pater obiurgatur, quòd fuerit conſcius.

*Amatoriè, & pueriliter.

Quid lacrumas? AE. pater obſecro, auſculta. M. *Hac ultima Æſchine, audiui omnia.
Et ſcio, nam te amo: quò magis, quæ agis, curæ ſunt mihi.
AE. Ita velim me promerentem ames, dum viuas mi pater,
Vt me hoc delictum admiſiſſe in me, id mihi vehementer dolet,
Et me tui pudet. M. *credo hercle nam ingeniũ noui tuum.
Liberale: ſed vereor ne indiligens nimiùm ſies,
In qua ciuitate tandem te arbitrare viuere?
Virginẽ vitiaſti, quã te ius nõ fuerat tangere.
Iam id peccatum primùm magnum, *at humanum tamen:
Fecere alij ſæpe, item boni. at poſtquàm id euenit cedò,
Nunquit circunſpexti? aut nunquid tute proſpexti tibi
Quid fieret? quà fieret? ſi te mihi ipſum puduit dicere,
Quà reſciſcerẽ? hæc dum dubitas, menſes abierunt decem.
Prodidiſti te, atq; illã miſeram, & gnatum, *qđ quidem in te fuit,
Quid? credebas dormiẽti hæc tibi confecturos Deos?
Et illam ſine tua opera in cubiculum iri deductum domum?
Nolim ceterarum rerum te ſocordem eodem modo.
Bono animo es, duces vxorem hãc. AE. hem. M. bono animo es, inquam. AE. *pater.
Obſecro nam ludis tu nunc me, M. ego te? quam ob rem? AE. neſcio.

*Hac ultima deſperatio coegit Æſchinum fateri verum.

*Amica, & lenis obiurgatio, ex arte, à loco, à facto.

*Terẽt. ſumma arte inducit Mitionem leniter accuſantem, Demeã aſpere blandientem.

*Cicero pro Flacco. Nomen ciuium Rom. quantum in ipſis fuit, ſuſtulerunt.

*Mitio, & faceta obiurgatio.

*Niſi.

*Niſi, quia tam miſerè hoc eſſe cupio verum,
conuereor magis.
Me. Abi domum, ac Deos comprecare, vt vxoré
accerſas: abi.
AE. Quid? iamne vxorem? M. iam. AE. iam? Mi.
iam quantum potes. AE. *Dij me pater.
Omnes oderint, ni magis te, quàm oculos nunc
ego amo meos.
M. Quid? quàm illam? AE. æquè. M. perbenignè.
AE. *quid? ille vbi eſt Mileſius:
M. Abijt, perijt, nauem aſcédit. ſed cur ceſſas?
AE. abi pater,
*Tu potiùs Deos comprecare: nam tibi eos cer-
tè ſcio,
Quò vir melior multò es quàm ego, obtempera
turos magis.
M. Ego eo intrò, vt, quæ opus ſunt, parentur: tu
fac, vti dixi, ſi ſapis.
AE. Quid hoc eſt negoti? hoc eſt patrem eſſe,
aut hoc eſt filium eſſe?
Si frater, aut ſodalis eſſet, qui magis morem ge
reret?
*Hic non amandus? hiccine non geſtandus in
ſinu eſt? hem,
Itaque adeò magnam mihi inijcit ſua commo-
ditate curam,
Ne fortè imprudens faciam, quod nolit. ſciens
caucbo.
Sed ceſſo ire intrò, ne mora meis nuptijs ego-
met ſiem.

Timor ex cupiditate.
Sic Picrius in illud Virgi. 10. Æn. Aduenict iuſtum pugna, ne acerſite, tempus.
Blanditur patri.
Adhuc aliquātum formidat.
Nam peccatores Deus nō exaudit.
Epiphonema. Paterna liberalitatis exaggeratio.
Bona indolis adoleſcēs.

ACTVS IIII. SCENA VI.

ARGVMENTVM.

Demea ambulãdo fatigatus, de Syro queritur, quòd non

non apertè ſatis commoſtrauerit locum, vbi frater eſſet Mitio.

Iambici ſenarij.

DEMEA.

DEFESSVS ſum ambulãdo: vt Syre te cũ tua Monſtratione magnus perdat Iupiter.
*Perreptaui vſq; omne oppidũ ad portam, ad lacum.
Quò non? neque fabrica illic vlla erat, neq; fratrem homo
Vidiſſe ſe aiebat quiſquam, nunc verò domi
Certum obſidere eſt vſque donec redierit

** Anhelans ſolus hæc ſecum loquitur.*

** Aptum ſeni verbum.*

ACTVS IIII. SCENA VII.

ARGVMENTVM.

Demea de vitio virgini oblato, & nuptijs reſciſcit: is fingitur iã tumultuari, ſed poſteà placatur.

Eiuſdem numeri.

MITIO, DEMEA.

IBO, illis dicam nullam eſſe in nobis moram.
D. Sed eccum ipſum te iamdudũ quæro Mitio.
M. Quidnam? D. fero alia flagitia ad te ingẽtia
*Boni illius adoleſcẽtis. M. ecce autem. D. noua,
Capitalia. M. ohe. iã. D. ah neſcis, q vir ſiet. M. ſcio
D. Ah ſtulte, tu de pſaltria me ſomnias agere?
Hoc peccatum eſt in virginem ciuem. M. ſcio,
D. Ehò, ſcis, & patere? M. q dni patiar? D. dic mi-
Nõ clamas? nõ inſanis? M. nõ. *malim quidẽ (hi
D. Puer natus eſt. M. Dii bene vertãt. D. virgo nihil habet.
M. Audiui. D. & ducẽda indotata eſt? M. ſcilicet.
D. Quid nunc futurũ eſt? M. id enim, quod res ipſa fert:
Illinc huc trãsferetur virgo. D. ò Iupiter,
Iſtoccine pacto oportet? M. quid faciã ampliùs?
D. Quid facias? ſi non ipſa re tibi iſtuc dolet,

** Demea de nuptijs reſciſcit. Is fingitur iam tumultuari, verum poſteà placatur.*

** Ironia.*

** Alij volũt Mitionẽ dicere, malim quidem: alij Demeã. Donatus.*

Simulare certè eſt hominis. M. quin iá virginẽ
Deſpondi: res compoſita eſt: fiunt nuptiæ.
Dempſi metum omnem: hæc magis ſunt homi-
nis. D. cæterùm—
Placet tibi factum Mitio? M. non, ſi queam—
Mutare: nunc, cùm non queo. æquo aío fero.
ITA VITA eſt ominum, quaſi, cùm ludas
teſſeris,
Si illud quòd maximè opus eſt, iactu nō cadit,
Illud, quod cecidit fortè, id arte vt corrigas.
D. *corrector: nempe tua arte viginti minæ
Pro pſaltria periere: quæ, quantùm poteſt.
Aliquò abiiciunda eſt, ſi non pretio, *at gratis.
M. *Neque eſt neque illam ſanè ſtudeo vēdere,
D. Quid igitur facies? M. domi erit. D. pro Diuū
fidem—,
Meretrix, mater familias erit vnà in domo?
M. Cur non? D. ſanumne te credis eſſe? M. equi-
dem arbitror.
D. Ita me Dii amēt, vt video ego tuam ineptiá:
Facturum credo, vt habeas *quicum cantites.
M. cur non? D. & noua nupta eadē hæc diſcet.
M. ſcilicet.
D. Tù inter eas *reſtim ductás ſaltabis: M. ꝓbè:
Et tu nobiſcum vnà, ſi opus ſit. D. hei mihi,
Non te hæc pudent? M. iá verò omitte Demea
Tuam iſtanc iracundiam, atque ita vti decet,
Hilarem, ac lubentem fac te in gnati nuptijs.
Ego hoc conueniā, poſt huc redeo. D. *ò Iupiter
Hanccine vitam? hoſcine mores? hanc demen-
tiam?
Vxor ſine dote veniet: intus pſaltria eſt:
Domus ſumptuoſa: adoleſcens luxu perditus:
Senex delirans; ipſa, ſi cupiat, Salus
Seruare prorſus non poteſt hanc familiam.

*Indignationem indicat

*vel gratiis.

*Non vult Cteſiphonem prodere.

*Quicum, id eſt, cum qua.

*Attende locum reconditum.

*Exclamatio in vitā, & mores.

ACTVS V. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Seruulorum licentiam in hac ſcena Terent ius oſtendit. Exit egregiè potus Syrus multum exultans laute ſe ac opipare cœnatum eſſe: hunc Demea ob temulentiam impetit, & obiurgat.

Iambici ſenarij.

SYRVS, DEMEA.

AEDEPOL *Syriſce te curaſti molliter,
Lauteq; munus adminiſtrati tuum:
Abi ſed poſtquàm ītus ſum omniũ rerũ ſatur,
*Prodeábulare huc lubitũ eſt. D. illud ſis vide
Exemplũ diſciplinę. S. ecce autẽ hic adeſt ſenex
Noſter quid fit? quid tu es triſtis? D. ohè ſcelus.
S. Ehò iam tu verba fundes hic ſapientia
D. *. Tun' ſi meus eſſes? S. dis quidẽ eſſes Demea,
Ac tuam rem conſtabiliſſes. D. exemplũ oĩbus,
Curarem, vt eſſes. S. quàm ob rem? quid feci? D.
rogas?
*In ipſa turba, atque in peccato maximo,
Quod vix ſedatum ſatis eſt, potaſtis ſcelus,
Quaſi re bene geſta. S. ſanè nollẽ huc exitum.

** Syrus ebrius Syriſcum ſe nominat.*

** Tarditatẽ, mollitiẽ, & delicias indicat.*

** Apoſiopeſis minantis.*

** Importunus Demea pompoſis verbis cum ebrio litigat.*

ACTVS V. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Exitu paraſiti cuiuſpiã Cteſipho Demeæ proditur.

Iambici ſenarij.

DROMO, SYRVS, DEMEA.

*HEVS Syre, rogat te Cteſipho vt redeas. S. abi.
DE. Quid Cteſiphonem hic narrat? S. nihil. DE.
ehò carnifex,
Eſt Cteſipho intus? S. nõ ẽ, DE. cur hic nominat?
S. Eſt alius quidam paraſitaſter paruulus.
Noſtin'? DE. *iam ſcibo. S. quid agis? quò abis?
DE. mitte me.
S. Noli inquã. DE. nõ manũ abſtines maſtigia?

** Reſciſcit Cteſiphonis peccatũ. Ea extrema pars eſt epitaſeos.*

** Hoc dicens baculo minatur.*

An tibi mauis cerebrum diſpergi hic?s.abiit.

*Sic antiqui lib. Ædepol *cōmiſſatorem haud ſanè cōmodum,
Preſertim Cteſiphoni.quid ego nunc agam?

* Edormiſcam, id eſt, dormiēdo exhalem. Niſi,dū hæ ſileſcunt turbæ, intereà in angulū
Aliquò abeam,atq; * edormiſcam hoc villi.ſic agam,

ACTVS V. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Cognito Cteſiphonis amore Demea exclamat; & Mitionē iurgio adoritur, vt liberorū corruptelam: per quē placatur tandē & Æſchino,& Cteſiphoni.

Iambici ſenarij.

MITIO, DEMEA.

* Placatur Demea, tum Æſchino, tū Cteſiphoni, *PARATA à nobis ſunt,ita vt dixi,Soſtrata,
Vbi vis.quiſnā à me pepulit tā grauiter fores?
D.Hei mihi,quid faciam?quid agam?quid clamem,aut querar?

*Miro labore poeta decorum perſona tum obſeruauit. O cælum,ò terra,ò maria Neptuni.M.*hē tibi,
Reſciuit omnem rem:id nunc clamat.illicet:
Paratę lites:ſuccurendum eſt.D.eccum adeſt
Communis coruptela noſtrum liberum.
M.tandem reprime iracūdiam, atq; ad te redi.

*Demea perſpicax ratiocinatio. D.*Repriſſi,redii, mitto maledicta omnia:
Rem ipſam putemus dictū inter nos hoc fuit,
Ex te adeò eſt ortum,ne tu curares meum,

*Crimen. Neue ego tuum.reſpōde.M.*factū eſt, nō nego.

*Confutatio. D.*Cur nūc apud te potat?cur recipis meum?

*nunquid. Cur eius amicam Mitio*nam qui minùs

*quàm. Mihi idē ius æquū eſt eſſe,*quod mecū eſt tibi?

æquum eſt. Quando ego tuum non curo, ne cura meum.
M.Non equum dicis, non.nam vetus verbum hoc quidem eſt,

* COMMVNIA ESSE amicorum inter ſe oīa.

* Auaritiā Demea notat. D.Facete nunc demum iſthæc nata oratio eſt.
M.*Auſculta paucis,niſi moleſtum eſt,Demea.

Principiò, ſi id te mordet, ſumptum filii
Quem faciũt, quæſo facitò hæc tecum cogites.
Tu illos *duo olim pro re tollebas tua,
Quòd ſatis putabas tua bona ambobus fore,
Et me tum vxorem credidiſti ſcilicet
Ducturum: eandem illa rationem antiquam obtine.
Conſerua, quære, parce, fac quàm plurimum
Illis relinquas: gloriam tu iſtanc obtine.
*Mea, quæ præter ſpem euenere, vtantur ſine,
De ſumma nihil decedet: quod hinc acceſſerit,
*Id de lucro putato eſſe. omnia hæc ſi voles
In animo verè cogitare Demea,
Et mihi, & tibi, & illis dempſeris moleſtiam.
D. *Mitto rem: cõſuetudinẽ ipſorũ. M. *mane:
Scio: iſtuc ibam. multa in homine Demea
Signa inſunt, ex quibus coniectura facilè fit.
Duo cùm idem faciunt ſæpè, vt poſſis dicere,
Hoc licet impunè facere huic, illi non licet.
Nõ quòd diſſimilis res ſit, ſed quòd is ꝗ facit:
Quæ ego eſſe in illis video, vt confidã forte ita,
Vt volum⁹. *video eos ſapere, intelligere ĩ loco
Vereri, inter ſe amare. ſcire eſt liberum
Ingenium, atq; animum: quouis illos tu die
Reducas, *at enim metuas, ne ab re ſint tamen
Omiſſores paulò ò noſter Demea,
Ad omnia alia ætate ſapimus rectiùs:
*SOLVM VNVM hoc vitium affert ſenectus hominibus,
Attẽtiores ſumus ad rem omnes, quàm ſat eſt:
Quod illos ſat ætas *acuet. D. næ nimiũ modò
Bonæ tuæ iſtæ nos rationes Mitio,
Et tuus iſte animus æquos *ſubuertit. M. tace,
Non fiet mitte iam iſthæc: da te hodie mihi:
*Exporge frontem. D. ſcilicet, ita tempus fert.

*Duo, pro duos.
*Mitionis liberalitas.
*Ab vtili, et honeſto.
*Eclipſis.
*Moralis, et blanda correctio.
*Magna de filijs ſpes.
*Laus filiorum à uirtutibus.
*Oratoriè obijcit.
*Auaritia ſenilis.
*Acuet, id eſt, docebit metaphoricos, à cote.
*ne.
*ſubuortãt,
*Mirus ornatus contra Eta ad ſeueritatem frontis cum geſtu explicanda.

**Vetuſte. alij, luci. *Agreſtis, et aſpera compoſitio ex arte. *Illi, pro illic.*

Faciundum eſt: cæterum rus cras cùm filio
Cùm primò*lucu. M imò de nocte cenſeo:
Hodie modò hilarũ te face. D. * & iſtá pſaltriá
Vnà illuc mecũ hinc abſtrahá. M. pugnaueris.
Eo pacto prorſum illic alligaris filium.
Modò facito, vt illá ſerues. D. ego iſtuc videro:
Atque*illi fauillæ plena, fumi, ac pollinis
Coquendo ſit faxo, & molendo: præter hæc,
Meridie ipſo, faciam. vt ſtipulam colligat:
Tam excoctam reddam, atque atram, quàm carbo eſt. M. placet.
Nunc mihi videre ſapere atque equidem filiũ,
Dum etiam ſi nolit, cogas, vt cũ illa vnà cubet.
D. Derides? fortunatus, qui iſtoc animo ſies.
*Ego ſentio. M. ah, pergiſne? D. iam iam deſino,
M. I ergo intrò: &, *cui rei eſt, ei rei hunc ſumamus diem.

**Apoſiopeſis *Eclipſis, dictus, et conſtitutus dies.*

ACTVS V. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Demea cùm videat non probari vulgò ſeueritatem in liberos, diuerſam inſtitutionis viam meditatur. in qua perſona Terentius indicat mitioribus ſe fauere patribus, ſeculi ſui moribus hoc magis concedens, quàm quòd ita faciundium eſſe exiſtimet.

Trochaici tetrametri.

**Vt apparreat placari Demeã, res in perſonas ſpargitur, adeoq; ipſe producitur ſolus in ſcenam. Exordium a gnome traductũ eſt ſequitur deinde narratio.*

DEMEA.

*NVNQVAM ita quiſquã bene ſubducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, vſus sẽper aliqd apportet noui,
Aliquid moneat, vt illa, quæ te ſcire credas, neſcias,
Et, quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.
Quod mihi nunc euenit: nam ego vitam durã, quam vixi vſque adhuc,

Propè

Propè iam* excurſo ſpatio mitto. id quam ob rem?re ipſa repperi.
FACILITATE NIHIL homini eſſe melius, neque clementia.
Id eſſe verum, ex me, atque ex fratre cuiuis facile eſt noſcere.
* Ille ſuã ſemper egit vitã in otio, in cõuiuiis: clemẽs, placidus, nulli lędere os, arridere oib⁹: Sibi vixit: ſibi ſumptum fecit: omnes bene dicunt, amant.
* Ego ille agreſtis, ſæuus, triſtis, parcus, truculẽtus, tenax,
Duxi vxorem. quam ibi miſeriã vidi: nati filii,
Alia cura: porrò autẽ, dum ſtudeo illis, vt quã plurimum
Facerem.* contriui in quærendo vitam, atque* ætatem meam.
Nunc exacta ætate hoc* fructi pro labore ab his fero, (moda:
Odium. ille alter ſine labore patria potitur cõ-
* Illum amant, me fugitant: illi credunt conſilia omnia:
Illum diligunt: apud illum ſunt ambo, ego deſertus ſum:
Illum vt viuat, optant, meam autem mortem expectant ſcilicet: (ſuos
* Ita eos meo labore eductos maximo. hic fecit Paulo ſumptu, miſeriam omnẽ ego capio, hic potitur gaudia.
* Agè agè, nunc experiamur contra hæc quid ego poſſiem
* Blandè dicere, aut benignè facere, quando eò prouocat.
Ego quoque à meis me amari, & magni pendi poſtulo,

Priſc. li. 8, 9. & 18. decurſo, legit.

Mitionis deſcriptio.

Demea deſcriptio.

Auxeſis.

Vetuſtè, pro fructus.

Collatio duorum ſenum.

Locus à contrariis.

Contentio, color rethoricus hic eſt.

His rebus cõciliatur beneuolentia.

Si id fit dando, atque obſequendo, non poſte rioreis feram.

*Redit ad ingeniũ Demea.

Deerit. *id mea minimè refert, qui ſum nat maximus.

ACTVS V. SCENA V.

ARGVMENTVM.

Demea abſurde contra ingenium ſuum blandi eſſe conatur.

Iambici trimetri.

SYRVS, DEMEA.

*Demeæ noua, & ſimulata comitas ſpargitur in perſonas.

*Rũſtica blãdimenta.

*HEVS Demea, rogat frater, ne abeas longiùs.

D. quis homo? ò Syre noſter, ſalue. quid fit? qd agitur?

S. Rectè. D. *optime eſt. iam nunc hæc tria primum addidi

Præter naturam. ò noſter, quid ſit, quid agitur.

Seruum haud illiberalem præbes te, & tibi

Lubens bene faxim. S. gratiam habeo. D. atqui Syre

Hoc verum eſt, & ipſa re experiere propediem.

ACTVS V. SCENA VI.

Iambici trimetri.

GETA, DEMEA.

HERA. ego hinc ad hos prouiſam, quàm mox virginem.

Accerſant. ſed eccum Demeam. ſaluos ſies.

D. Oh, qui vocare? G. Geta. D. Geta, hominẽ maximi

Pretii eſſe te hodie iudicaui animo meo.

Nã is mihi eſt profectò ſeruus ſpectatus ſatis:

Cui dominus curæ eſt, ita vt tibi ſenſi Geta:

Et tibi ob eam rem ſi quid vſus venerit,

*Metaphora ab ambitioſis candidatis.

Lubens bene faxim, meditor eſſe affabilis,

Et bene procedit. G. bonus es cũ hæc exiſtimas.

D. Paulatim *plebem primulum facio meam.

ACTVS V. SCENA VII.

ARGVMENTVM.

Nuptiarum mora offenditur Æſchinus. Hunc Damea blandè alloquitur: & materiam dirui iubet quà puerperam traducat

Iambici trimetri.

ÆSCHINVS, DEMEA, SYRVS, GETA.

*OCCIDENT me quidem, dum nimis ſanctas nuptias
Student facere: in apparando conſumunt diẽ.
D. *Quid agitur Æſchine? AE. hem pater mi, tu hic eras?
D. Tuus herclè verò & animo, & natura pater,
Qui te amat plus, quàm hoſce oculos. ſed cur non domum
Vxorem quæſo acceſsis? AE. *cupio: verùm hoc mihi
Mora eſt, tibicina, & Hymenęũ q. canat D. ehò.
Vin' tu huic ſeni auſcultare? AE. quid? D. miſſa hæc face,
Hymenæum, *turbam, lampadas, tibicinas:
Atque hanc in horto maceriam iube dirui,
Quàtũm poteſt, hàc transfer, vnam fac domũ.
Traduce: & matrẽ, & familiam omnẽ ad nos.
AE. placet
Pater lepidiſſumè. D. *eugè, iá lepidus vocor.
Fratri ædes fient peruiæ, turbam domum
Adducet, & ſumptũ admittet: multa. q d mea?
Ego lepidus ineo gratiam. iube nunc iam
Dinumeret illi *Babylo viginti minas.
Syre, ceſſas ire, ac facere? S. quid ergo? D. dirue
Tu illas: abi, & traduce. G. Dii tibi Demea
Bene faciant, cùm te video noſtræ familiæ
Tam ex animo factũ velle. D. dignos arbitror.

*Amãtis affectus exprimitur.
*Hoc Comicum, & blandum eſt.
Omnia de ritu nuptiarum.
*Donatus, turbas.
* Prodigus, ex auaro.
* Vide ſenis ingenium, nõ enim poteſt ſe diſſimulare. iuxta prouerbium Naturam expellat furca, tamen vſq. recurret.
*Babalo, Batalo, vel Bacelo legendũ autumat N. Miſc. lib. 2.

Quid tu ais? AE. ſic opinor. D. multò rectiꝰ eſt.
Quàm illam puerperam hác nunc duci per viá
Aegrotá. AE. nihil enim vidi melius mi pater.
D. Sic ſoleo: ſed eccum Mitio egreditur foras.

Sic ſoleo, captioſè, & ficté.

ACTVS V. SCENA VIII.

ARGVMENTVM.

Mitioni ſuadetur, vt vxorem ducat Soſtratam: ac vix tandem perſuadetur. Et non ſine riſu ſpectãtium Demea prater naturam facilis eſſe ſtudet.

Iambici trimetri & tetrametri.

MITIO, DEMEA, ÆSCHINVS.

*Iubet frater, ſcilicet dirui parietem.

*Inſinuatio oratoria latentis perſuaſionis.

*Noua turba, in qua mirè declarat facilitatem ſuam Mitio.

*IVBET frater? vbi is ẽ? tune iubes hoc Demea?
D. Ego verò iubeo, & in hac re, & alijs omnibꝰ
Quàm maximè vnam facere nos hanc familiá,
Colere, adiicere adiungere. AE. ita quęſo pater.
M. Haud aliter cẽſeo. D. *imò hercle ita nobis decet.
Primũ huius vxoris eſt mater. M. quid poſtea?
D. Proba, & modeſta. M. ita aiũt. E. natu grãdior.
M. Scio. D. parere iãdiu hęc ꝑ annos nõ poteſt:
Nec, qui eam reſpiciat, quiſquam eſt: ſola eſt.
M. *quam hic rem agit?
D. Hanc te æquum eſt ducere, & te operam, vt fiat, dare.
M. Me ducere autem? D. te. M. me? D. te inquam.
M. ineptis. D. ſi tu ſis homo,
Hic faciat. AE. mi pater. M. quid? tu autem huic aſine auſcultas? D. nihil agis:
Fieri aliter nõ poteſt. M. deliras, AE. ſine te exorem mi pater.
M. Inſanis? aufer. D. age, da veniã filio. M. ſatin' ſanus es?
Ego nouus maritus anno demũ quinto & ſexageſimo
Fiam, atque anum decrepitam ducã? id ne eſtis auctores mihi?

AE. Fac: promiſi ego illis. M. promiſti autem? de te largitor puer.

D. *Agè, quid ſi quid te maius oret? M. quaſi nō hoc ſit maximum.

D. Da veniam. AE. ne grauare. D. fac, promitte. M. non omittitis?

AE. Non, niſi te exorem. M. vis eſt hæc quidem. D? agè, prolixè Mitio.

M. Etſi hoc mihi prauum, ineptum abſurdum, atq, alienum à vita mea

Videtur, ſi vos tantopere iſthuc vultis, fiat. AE. bene facis:

Meritò te amo. D. verùm quid ego dicam? *hoc conſit, quod volo.

Quid nūc quod reſtat? *Hegio his eſt cognatus proxumus,

Affinis nobis, pauper: bene nos aliquid facere illi decet.

M. Quid facere? D. agelli eſt hic ſub vrbe paulū, quod locitas *foras:

Huic demus, qui fruatur. M. paululū id autem? D. multum ſiet,

*Faciundum eſt: pro parte huic eſt, bonus eſt, noſter eſt, rectè datur.

Poſtremò nō meum illud verbum facio, quod tu Mitio

Bene, & ſapienter dixti dudum: vitiū commune omnium eſt,

*QVOD NIMIVM AD REM in ſenecta attēti ſumus. hanc maculam nos decet

Effugere. dictum eſt verè, & re ipſa fieri

Oportet. M. quid iſtuc? dabitur quidem, quādo hic vult. AE. mi pater.

D. Nunc tu mihi es germanus pariter corpore, & animo. M. gaudeo.

*Prius agè, blandientis. poſterius, corripientis eſt.

*Sic interpres in Andria legit.

*Hegionis cō mendatio à perſona.

*Interpres, *foris,

*Facti neceſſitatem indicat.

*Mitio ſui ipſius dicto impetitur.

D. *Suo

*Prouerbiũ. D. *Suo ſibi hunc gladio iugulo.

ACTVS V. SCENA IX.

ARGVMENTVM.

Seruis libertas, filijs dantur vxores. Mitioni narrat Demea, cur tam repentè mores mutauerit. In cuius perſona Terentius nobis ridicula prodigalitatis exempla proponit.

Trochaici tetrametri,

SYRVS, DEMEA, MITIO, ÆSCHINVS.

--FACTVM eſt, quod iuſti Demea.

DE. Frugi homo es. ego ædepol hodie mea quidem ſententia

Iudico, Syrum fieri eſſe æquum liberũ. M. iſtũc liberum?

Quodnam ob factum? D. multa. S. ò noſter Demea, ædepol vir bonus es:

Commendatio à diligentia ſua. *Ego iſtos vobis vſque à pueris curaui ambos ſedulò.

Docui, monui, bene præcepi ſemper, quæ potui, omnia.

D. Res apparet: & quidem porrò hæc, obſonare, cum fide

De die apud Plau. in Aſin. Scortum adducere, apparare *de die conuiuiũ:

Non mediocris hominis hæc ſunt officia. S. ò lepidum caput.

Ita deridet, vt ſeriò agere videatur. D. *poſtremò, hodie in pſaltria iſta emũda, hic adiutor fuit,

Hic curauit: prodeſſe æquum eſt: alii meliores erunt.

Deniq. hic, ſcilicet Aeſchinus. Denique hic vult fieri, MI. vin' tu hoc fieri? AE. cupio, M. ſi quidem

Manumiſſio Syri. Tu vis, Syre, ehò accede huc ad me, *liber eſto. S. bene facis:

Omnibus gratiam habeo, & ſeorſum tibi præterea Demea.

D.Gaudeo. AE.& ego.S.credo: vtinam hoc perpetuum fiat gaudium,
Phrigiam, vt vxorem meam vnà mecum videã liberam.
D.Optumam quidem mulierem. S. & quidem tuo nepoti*huius filio
Hodie primam mãmam dedit hæc. D. * hercle verò ſeriò,
Si quidem*prima dedit, haud dubium, quin emitti æquum ſiet.
M.Ob eam rem?D.ob eam poſtremò à me argẽtum,quanti eſt,ſumito.
S.Dii tibi Demea omnes ſemper omnia optata afferant.
M.Syre,proceſſiſti hodie pulchre.D. ſi quidem porrò Mitio
Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paululum aræ manu
Dederis,vnde* vtatur reddet tibi citò. M. iſthoc vilius:
AE.Frugi homo eſt.S.reddam hercle da modò.
AE.agè.pater.M.poſt conſulam.
D.Faciet.S.*ò vir optume.AES.ò pater mi feſtiuiſſime.
M.Quid iſtuc?quæ res tam repentè mores mutauit tuos?
Quod proluuium? quæ iſthæc ſubita eſt largitas?D.*dicam tibi:
Vt id oſtenderem,quòd te iſti facilé, & feſtiuũ pùtant,
Id non fieri ex vera vita,neque adeo ex æquo, & bono,
*Sed ex aſſentando, indulgendo, & largiendo Mitio.

*Huius Aeſchini, ſcilicet.
*Ironia.
*primam.
*Vtatur, id eſt,viuat.
*Blandimenta.
*Redit Demea ad ingenium.
*Mores, & vitam aſſentatoriam notat.

*Nunc

Apoſtrophe ad filios. *Nunc adeo ſi ob eam rem vobis mea vita inuiſa Æſchine eſt,
Oblatio patris. *Quia non iuſta iniuſta prorſus omnia omnino obſequor:
Miſſa facio, effundite, emite, facite quod vobis lubet.
Sed ſi id vultis potiùs, quæ vos propter adoleſcentiam
Minùs videtis, magis impensè cupitis, conſultis parum,
Donatus, ſecundare. Hæc reprehendere, & corrigere me, & obſecundare in loco:
Obſequētia filij. Ecce me, qui id faciam vobis. AE. *tibi pater permittimus:
Plus ſcis, quid opus facto eſt. ſed de fratre quid fiet? D. ſino
Habeat, in iſtac finem faciat. AE. iſtuc rectè.
PLAVDITE.

AR-

ARGVMENTVM HECYRAE.

VXorem duxit Pamphilus, cùm Bacchidis meretriculæ amore tantopere teneretur vt duobus menſibus vxorem ne attingeret quidem. Poſteà per cõſuetudnẽ animus victus eſt, cœpit placere vxor. Porrò cum ipſe peregre abeſſet, illa domum redit ad matrem, atque ibi parit, menſe ſeptimo, poſtquã nupſiſſet Pamphilo. eam rem celat, & affines, & patrẽ anus. Vbi Pamphilus redit, cõperit peperiſſe. Hic grauiter adeò cõmouetur: cum aliunde concepiſſe exiſtimaret. Et cũ per ſeſe dolent res Pamphilo, (amabat enim mulierculam) tum moleſtũ eſt ab ea diuelli: neque enim honeſtum erat reducere. Periclitatur itaq; Pamphilus, quomodo honeſtè dimittat vxorem, neue illius peccatum proderet. Hæc fabulæ protaſis eſt.

EPITASIS.

Inſtant pater, & ſocer inſcij quid accidiſſet, vt domũ reducat: præſertim cùm nec ſocrus, nec mater, id quod ſenes falsò ſuſpicati fuerant obſtarent. Quanquam autem permoueri non poſſet Pamphilus, vt reduceret, tamen cauſam conſtantiſsimè diſsimulat. Itur eo, vt putent Bacchidis amore deuinctum, alieno ab vxore animo eſſe.

CATASTROPHE.

Bacchis accerſita, fidem facit nihil ſibi eum Pamphilo rei eſſe. Hic autem prodendum peccatũ vxoris fuit, aut reducẽda: verũ caſu periculum diſcutitur. Fortè enim Philumenæ annulũ ſocrus in digito Bacchidis conſpexit, quẽ olim Pamphilus ſtupratæ in tenebris Philumenæ detraxerat. Is annulus teſtatur ex

Pamphilo puerum ſuſceptum eſſe. Ita redit in gratiam cũ vxore Pamphilus. Iucunda eſt cum vxoribus ſenum concertatio: quæ monet, ſæpè errore, & falſis ſuſpicionibus fieri, vt diſſentiant coniuges. In primis autem inſignis eſt humanitas, & fides Pamphili in hac fabula.

FABVLÆ PERSONÆ.

PHILOTIS, meretrix.
PARMENO, ſeruus.
PAMPHILVS, adoleſcens.
PHIDIPPVS, ſenex.
SOSIA, ſeruus.
SYRA, anus.
LACHES, ſenex.
SOSTRATA, mulier.
MYRRHINA, mulier.
BACCHIS, meretrix.

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCA.

Iambici ſenarij.

VXOREM duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans virgini vitiũ obtulit:
Eiusq; per vim quem detraxit, annulum
Dederat amicæ Bacchidi meretriculæ:
Dein profectus in Imbrum eſt, nuptam haud attigit.
Hãc mater vtero grauidam, ne id ſciat ſocrus,
Vt ægram ad ſe transfert*reuertit Pamphilus: *reuenit.
Deprehendit: partum celat: vxorem tamen
Recipere non vult, pater incuſat Bacchidis
Amorem. dum ſe purgat Bacchis, annulum
Mater vitiatæ fortè agnoſcit Myrrhina:
Vxorem recipit Pamphilus cum filio.

TEREN-

TERENTII

HECYRA.

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS, SEX, IVLIO CAESARE, GN. CORNELIO DOLABELLA AEDILIB. CVRVLIB. NON PLACVIT. ITERVM DATA, GN. OCTAVIO, T. MANLIO COSS. L. AEMILII PAVLLI LVDIS FVNEBRIB. NON EST PLACITA. TERTIO RELATA, Q. FVLVIO, L. MARTIO AEDIL. CVRVL. EGIT L. AMBIVIVS TVRPIO: PLACVIT.

PROLOGVS.

Iambici ſenarij.

*HECYRA eſt huic nomen fabulæ. hæc cũ ni data eſt
Noua, nouum interuenit vitiũ, & calamitas,
Vt neque ſpectari, neque cognoſci potuerit:
Ita populus ſtudio ſtupidus in funambulo
Animũ occuparat.* nũc hęc plane eſt ꝓ noua:
Et is, qui ſcripſit hanc ob eam rem noluit
Iterum referre, vt iterum poſſit vendere.
Alias cognoſtis eius: quæſo hanc nũc noſcite.
Orator ad vos venio ornati prologi.
Sinite exorator ſim, eodem vt iure vti ſenem
Liceat, quo iure ſum vſus adoleſcentior,
Nouas, qui exactas feci vt inueteraſcerent.
Ne cum poeta ſcriptura euaneſceret,
*In his, quas primũ Cæcili didici nouas,

** Propoſitio, quæ petit ex ploſam antea cognoſci.*

** Vide Miſcell. Nann. lib. I.*

** Confirmatio ab exemplis.*

 Par-

Partim ſum earum exactus partim vix ſteti.
Quia ſciebam dubiam fortunam eſſe ſcenicā,
Spe incerta, certum mihi laborem ſuſtuli.
Eaſdem agere cœpi, vt ab eodem alias diſcerem
Nouas ſtudioſè, ne illum ab ſtudio abducerē.
Perfeci, vt ſpectarentur. vbi ſunt cognitæ,
Placitæ ſunt. ita poetam reſtitui in locum,
Propè iam remotum iniuria aduerſarium
Ab ſtudio, atq; ab labore, atque *arte muſica.
Quod ſi ſcripturam ſpreuiſſem in pręſentia,
Et in deterrendo voluiſſem operam ſumere,
Vt in otio eſſet, potiùs quàm in negotio:
Deterruiſſem facilè, ne alias ſcriberet.
Nunc quid poetam, mea cauſa, æquo animo attendite.

** Artē muſicam, poeticen appellat. Nann. Miſcell. lib. I.*

*Hecyram ad vos refero, quam mihi per ſilentium
Nunquam agere licitum eſt, ita eam oppreſſit calamitas.
Eam calamitatem veſtra intelligentia
Sedabit, ſi erit adiutrix noſtræ induſtriæ.
Cùm primùm eam agere cœpi, pugilū gloria,
*Funambuli eodem acceſſit expectatio:
Comitum conuentus, *ſtrepitus, clamor mulierum
Fecere, vt ante tempus exitem foras.
*Vetere in noua cœpi vti conſuetudine.
In experiundo vt eſſem: refero denuo,
Primo actu placeo: cùm intereà rumor venit,
Datum iri gladiatores: populus conuolat:
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco:
Ego intereà meum non potui tutari locum.
Nunc turba nulla eſt: otium, & ſilentium eſt:
Agendi tempus mihi datum eſt: vobis datur
Poteſtas condecorandi ludos ſcenicos.

**Redit ad ꝓpoſitionē: & amplificat ꝑ querelam, quod antea fuerit exploſa.*

**Cur exploſa ſit.*

**ſtudium;*

** Altera exploſio.*

*Nolite

*Nolite ſinere per vos artem muſicam
Recidere ad paucos: facite, vt voſtra auctoritas
Meæ auctoritati fautrix, adiutrixq́; ſit.
*Si nunquàm auarè ſtatui pretium arti meæ
Et eum eſſe quæſtum in animum induxi maximum,
Quàm maximè ſeruire veſtris commodis:
Sinite impetrare me, qui in tutelam meam
Studium ſuum, & ſe in veſtram cõmiſit fidé,
Ne eum circunuentum iniqui irrideant.
*Mea cauſa cauſam hanc accipite, & date ſilentium,
Vt lubeat ſcribere aliis, mihiq́; vt diſcere
Nouas expediat poſthac pretio emptas meo.

**Argumentū ab arte, à meritis.*
** Attentos, & beneuolos reddit.*
** Peroratio.*

ACTVS I. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Philotis & Syra indignè ferunt Pamphilū vxorem duxiſſe, relicta, quam amare videbatur, Bacchide. & protatica ſunt perſonæ, nam extra fabulā argumentum inducuntur, vt Parmenoni detur occaſio commemorandi argumenti.

Iambici ſenarij.

PHILOTIS, SYRA.

*PER pol, quā *paucos reperias meretricibus
Fideleis euenire amatores Syra.
Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi
Quàm ſanctè, vt quiuis facilè poſſet credere,
Nunquàm illa viua ducturum vxorem domū:
En duxit. s. ergo propterea ſedulò
Et moneo, & hortor, ne cuiuſquam miſereat.
Quin ſpolies, mutiles, laceres, *quéq; nacta ſis
PH. Vtin' eximiū neminé habeam? s. neminé:
Nam nemo illorum quiſquā, ſcito, ad te venit,
Quin ita paret ſeſe, abs te blanditiis ſuis
Quàm minimo pretio ſuā voluptaté expleat.

** Philotis protatica perſona, vt ſit occaſio commemorandi argumenti, & occaſionis reliquæ fabulæ.*
** paucis.*
** Audax ad mala perſuaſio.*
** Quenque, pro quencunque.*

Hiſcine tu amabo non contrà inſidiabere? P. Tamen pol eandem iniurium eſt, eſſe oĩbus. S. Iniurium autem eſt vlciſci aduerſarios? Aut qua via captent te illi, eadem ipſos capi? Eheu me miſeram, cur non aut iſthæc mihi Ætas, & forma eſt, aut tibi hæc ſententia?

ACTVS I. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Redeunti peregrè Philoti Parmeno totius narrat argumentum fabulæ.

Iambici ſenarij.

PARMENO, PHILOTIS, SYRA.

SENEX ſi quæret me, modò iſſe dicito
Ad portum percontatum aduẽtum Pamphili.
Audin', quid dicam, Scirte? ſi quæret me, vti
Tum dicas: ſi non quæret, nullus dixeris,
Alias vt vti poſſim cauſa hac integra.
Sed videon' ego Philotium? vnde hæc aduenit?
Philotis, ſalue multùm. PH. ò ſalue Parmeno.
S. Salue me caſtor Parmeno. PARME. & tu ædepol Syra:
Dic vbi Philotis te oblectaſti tam diu?
PHILO. Minimè equidem me oblectaui, quæ cũ milite
Corinthũ hinc ſum profecta inhumaniſſimo:
Biennium ibi perpetuum miſera illum tuli.
PAR. Ædepol te deſiderium Athenarũ arbitror
Philotium cepiſſe ſæpè, & te tuum
Conſilium contempſiſſe. PH. nõn dici poteſt,
Quã cupida erã huc redeundi, abeũdi à milite,
Voſq; hic videndi, antiqua vt conſuetudine
Agitarem inter vos libere conuiuium.
Nam *illi haud licebat, niſi præfinitò loqui,
Quæ illi placerent. PA. haud opinor commodè

**Illi, pro illic. Infra Act. 3. Sc. 4. ne me fru- ſtra illi expectet. Et Act. 4. Sc. 3. dum illi ſedeo.*

Finem

Finem ſtatuiſſe orationi militem.
PHIL. Sed quid hoc negoti eſt? modò quæ narrauit mihi
Hic intus Bacchis? quod ego nunquam credidi
Fore, vt hac ille viua poſſet animum inducere
Vxorem habere. PAR. habere auté? PH. ehò tu, an non habet?
PA. *Habet, ſed firmę hæ vereor vt ſint nuptię.
PH. Ita Dii, Deæq; faxint, ſi in ré eſt Bacchidis.
Sed q. iſthuc credá ita eſſe? dic mihi Parmeno.
PA. *Non eſt opus prolato: hoc percontarier
Deſiſte. PHIL. nempe ea cauſa, vt ne id fiat palam.
Ita me Dii amabunt, haud propterea te rogo,
Vt hoc proferam, ſed vt tacita mecum gaudeá.
PARM. Nunquam tam dices commodè, vt tergum meum
Tuam in fidem committam. PHILO. ah, noli Parmeno:
Quaſi tu non multò malis narrare hoc mihi,
Quàm ego, quæ percontor, ſcire. PA. *vera hæc prædicat:
Et illud mihi vitiú eſt maximum. ſi mihi fidé
Das te tacituram, dicam. PH. ad ingeniú redis.
Fidé do, loquere. PA. auſculta. PHIL. iſtic ſum.
PA. *hanc Bacchidem
Amabat, vt cùm maximè, tum Pamphilus,
Cùm pater vxorem vt ducat, orare occipit.
*Et hæc, communia omnium quæ ſunt patrú,
Seſe ſenem eſſe, dicere, illum autem eſſe vnicú
*Præſidium velle ſe ſenectuti ſuæ.
Ille primò ſe negare: ſed poſtquàm acriùs
Pater inſtat, fecit animi vt incertus foret,
Pudori, anne amori obſequeretur magis.
Tundendo, atque odio denique effecit ſenex:

Senſim ad narrationem accedit.

Varÿs verbis moraleis facetias interneſtit.

Seruorú ui tium loquacitas.

Narratio, qua occaſionem fabula continet.

Communes patrum perſuaſiones.

Latens excuſationu ratio.

Superbũ eſt: ſed illã ſpero, vbi hoc cognouerit,
Non poſſe ſe mecum eſſe, abituram denique.
PH. * quid intereà? ibatne ad Bacchidẽ? PA. quotidie,
Sed, vt fit, poſtquàm hunc alienũ ab ſeſe videt,
Maligna multo, & magis procax facta illico eſt
PH. Non ædepol mirum. PA. * atqui ea res multò maxime
Diſiunxit illũ ab illa, poſtquàm & ipſe ſeſe
* Et illã. & hanc, quæ domi erat, cognouit ſatis,
Ad exemplum ambarũ mores earũ exiſtumãs.
Hæc ita vti liberali eſſe ingenio decet,
* Pudens, modeſta, incommoda, atque iniurias
Viri omneis ferre, & tegere contumelias.
Hic animus partim vxoris miſericordia
Deuictus, partim victus huiuſce iniuriis,
Paulatim elapſus Bacchidi, atq; huic tranſtulit
Amorem, poſtquàm par ingenium nactus eſt.
Interea in Imbro moritur cognatus * ſenex
Horum'. ea ad hos * redibat lege hæreditas.
Eò amantem inuitum Pamphilum extrudit pater.
* Relinquit cum matre hic vxorem: nã ſenex
Rus abdidit ſe: huc rarò in vrbem commeat.
PH. Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ?
PA. Nunc audies. primùm dies compluſculos
Bene conueniebat ſanè inter eas: interim
Miris modis odiſſe cœpit Soſtratam,
Neque lites vllæ inter eas poſtulatio
Nunquam. PH. quid igitur? PA. * ſi quando ad eam acceſſerat
Confabulatum, fugere è conſpectu illico,
Videre nolle: denique, vbi non quit pati,
Simulat ſe à matre accerſi ad rẽ diuinã, abiit.
Vbi illic dies eſt complureis, accerſi iubet,

Philotis geſtit cætera audire.

** atque.*

** Defendit herum ſeruus.*

** Vis amoris his verbis exprimitur.*

** Nam iuuenis alicuius mors nõ conuenit comœdiæ.*

** Bemb. de lege red.*

** Relinquit.*

** Parmeno odio aſcripſit, quòd pudoris erat.*

Dixere cauſam tunc neſcio quam: iterũ iubet
Nemo remiſit poſtquàm accerſunt ſæpius,
Ægram eſſe ſimulant mulierem. noſtra illico
It viſere ad eam: admiſit nemo. hoc vbi ſenex
Reſciuit, heri ea cauſa rure huc aduenit,
*Patrem continuò conuenit Philumenæ:
Quid egerint inter ſe nondum etiam ſcio:
Niſi ſanè curæ eſt quorſum euenturũ hoc ſiet.
Habes omnem rem? pergam quò cœpi hoc iter.
PHIL. Et quidem ego. nam conſtitui cum quodam hoſpite
Me eſſe illũ conuenturam. PA. Dii vortãt bene
Quod agas. PH. vale. PA. & tu bene vale Philotium.

** Reliquum argumenti actoribus reſeruat, per quod ſuſpenſum, et attentum reddit ſpectatorem.*

ACTVS II. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Soſtratam vxorem accuſat Laches, quòd nurum Philumenam duritie ſua, & morum incommoditate domo eiecerit. Socrus contra nihil tale à ſe patratum eſſe contendit.

Iambici octonarij, & pauci ſenarij, admiſtis Trochaicis octonarijs.

LACHES, SOSTRATA.

*PRO Deum, atq; hominem fidẽ, quod hoc genus eſt, quæ hæc coniuratio,
*Vt oẽs mulieres eadẽ æquè ſtudeant, nolintq; omnia?
Neque declinatam quidquam ab aliarum ingenio vllam reperias:
Itaq; adeò vno animo omnes ſocrus oderunt nurus.
Viris eſſe aduerſas, æquè ſtudium eſt, ſimilis pertinacia eſt.
In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam, &

**Senex difficilis, & iratus ab exclamatione orditur.*
** Exclamatio ſenilis in mulierũ moroſitatẽ: eſtq; id exordium orationis.*

Si ludo, ſi vllus eſt magiſtrá hanc eſſe ſatis certò ſcio.

s.*Me miſeram,quę nunc quam ob rem accuſer,neſcio.L.hem

Tu neſcis?SOST.non, ita me Dii bene amēt mi Laches,

Itaq; vnà inter nos agere ætatē liceat.L.Dii mala prohibeant.

s.Meq; abs te immeritò eſſe accuſatá poſtmodùm reſciſces.L.ſcio.

Te immeritò?an quidquam pro iſtis factis dignum te dici poteſt

*Quæ me,& te,& familiam dedecoras, filio luctum paras

Tum autem,ex amicis inimici vt ſint nobis affines facis:

Qui illum decrerunt dignum,ſuos cui liberos committerent.

Tu ſola exorere, quæ perturbas hæc tua impudentia.

s.Egone?L.tu inquam*mulier, quæ me omnino lapidem,haud hominem putas

An,quia ruri eſſe crebrò ſoleo neſcire arbitramini

Quo quiſque pacto hic vitam veſtrorū exigat?

*Multo meliùs,hic quæ fiunt,quàm illic, vbi ſum aſſiduè,ſcio:

Ideo quia,vt vos mihi domi eritis, ꝑinde ego ero fama foris

*Iampridem equidem audiui cepiſſe odiū tui Philumenam:

Minimeq; adeò mirum:& ni id feciſſet,magis mirum foret.

Sed non credidi adeò,vt etiā totam hanc odiſſet domum;

*Exclamatio ad miſericordiam commouendam.

*Exaggeratio,& amplificatio.

*Mulier,emphaſim habet.

*Tollit opinionem ſuſpicionis.

*Propoſitio querela.

** Comminatio eiectionis.*

Quod ſi ſciſsē, illa hic maneret poti, tu hinc iſſes foras
At vide, quàm immeritò egritudo hæc oritur mihi abs te Soſtrata
Rus habitatum abii, concedens vobis, & rei ſeruiens,
Sumptus veſtros, otiumq́;, vt noſtra res poſſet pati,

** Exaggerat indignitatē à ſuis meritis.*

*Meo labori haud parcens, prętet ęquum, atq; ætatem meam.
Nō te pro his curaſſe rebus, ne quid ægrè eſſet mihi?

** Opera ſciē tes, culpa ne ſcientes ledimus.*

S. Non mea*opera, neque pol culpa euenit. L. imò maxime.
Sola hic fuiſti: in te omnis hæret culpa ſola Soſtrata.
Quę hic erant, curares, cùm ego vos ſolui curis cæteris.
Cum puella anum ſuſcepiſſe inimicitias nō pudet?

** Defenſionē prauenit.*

Illius dices culpa factum. S. haud equidem dico mi Laches.
L. Gaudeo, ita me Dii ament, gnati cauſa: nam de te quidem.

** Peccando detrimenti. hoc eſt, non poteſt fieri peior.*

Satis ſcio, peccādo detrimenti nihil fieri poteſt
S. Qui ſcis, an ea cauſa mi vir me odiſſe aſſimulauerit,
*Vt cum matre vnà plus eſſet? L. quid ais? non ſigni ſat eſt,

** Obiectio.*

Quòd heri nemo voluit viſentem ad eam te intro admittere?
S. Enim laſſam oppidò tum aiebant: eò ad eam non admiſſa ſum.

** Socrus moroſa accuſator.*

L. *Tuos eſſe illi mores morbum magis, quam vllam aliam rem arbitror:

Et

Et meritò adeò: nam veſtram nulla eſt, quin gnatum velit

Ducere vxorem:&,quæ vobis placita eſt condi tio,datur.

Vbi duxere impulſu veſtro, veſtro impulſu eaſ dem exigunt.

ACTVS II. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Laches remitti cupit nurum ſuam: pater Philippus dicit non poſſe eam perdurare apud ſocrum abſente Pamphilo.

Iambici tetrametri catalectici.

PHIDIPPVS, LACHES, SOSTRATA.

*Et ſi ſcio Philumena meum ius eſſe,vt te cogam,

Quæ ego imperem,facere:ego tamē patrio animo victus faciam,

Vt tibi cōcedam,neq; tuæ libidini aduerſabor.

L. Atq; eccum Phidippum optumè video: hinc iam ſcibo,quid fiet.

Phidippe,etſi ego meis in omnib⁹ ſcio eſſe* apprimè obſequentem,

Sed non adeò,vt facilitas mea illorum corrumpat animos.

Quòd ſi tu idem faceres,magis in rē, & veſtrā, & veſtram id eſſet.

Nunc video in illarum poteſtate eſſe te. PHI. eia verò.

L. Adij te heri de filia: vt veni, itidem incertū amiſti.

Haud ita decet,ſi perpetuam vis eſſe affinitatē hanc,

Celare te iras.ſi quid eſt peccatum à nobis,pro fer,

** Philumena patri multa prælocuta fuit, cui ira reſpōdet.*

** Eadem ſeu tertia,quæ ſuperioru ſcenæ, ſed eſt ſparſa in perſonas.*

** Pierius apprima. Vir. 2. Geor. Hos apprima tenax.*

*Refellit, q. Ant ea, *refellēdo, aut purgando vobis, corrigemus
*negat, purgat, qui fatetur, & tum defendit.
Te iudice ipſo. ſin ea eſt cauſa retinendi apud vos,
Quia ægra eſt: te mihi iniuriam facere arbitror Phidippe.
Si metuis, ſatis vt meæ domi curetur diligéter.
*Amicorum officium. *At, ita me Dii ament, haud tibi hoc concedo, etſi illi pater es,
Vt tu illam ſaluam magis velis, quàm ego: id adeò gnati cauſa,
Quem ego intellexi illam haud minùs, quàm ſeipſum *magnificare.
*magni facere.
*Subtiliter onerat culpa nurus recedentis.
*Neque adeò me clàm eſt, quàm eſſe eum grauiter laturum credam,
Hoc ſi reſciuerit. eo domū, ſtudeo hæc priùs, quàm ille huc redeat.
*Principium laudationis à perſonis.
P. *Laches, & diligentiam veſtram, & benignitatem.
Noui: &, quæ dicis, omnia eſſe, vt dicis, animū induco:
Et te hoc mihi cupio credere: illá ad vos redire ſtudeo,
Si facere poſſim vllo modo. L. quæ res te facere id prohibet?
*Ehò, cū geſtu de propè ſecreta inquirentis.
*Ehò, nunquid nam accuſat virum? P. minimè nam poſtquàm attendi
Magis, & vi cœpi cogere vt rediret, ſanctè adiurat
Non poſſe apud vos Pamphilo ſe abſente perdurare.
alij. Aliud fortaſſe alijs vitij eſt: *ego ſum animo leni natus:
*Paterna lenitas.
*Eclipſis. Non poſſum aduerſari meis. L. *hem Soſtrata. so. heu me miſeram.

L. Certumne eſt iſtuc? P. nunc quidem vt videtur. ſed nunquit vis?
Nam eſt, quod me ad forum tranſire iam oportet. L. eo tecum vnà.

ACTVS II. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Soſtrata queritur genus mulierum nimis eſſe ſuſpectum viris.

Trochaici octonarij.

SOSTRATA.

*Ædepol næ nos ſumus mulieres inique æquè inuiſæ viris, *Querela.
Propter paucas, quæ omnes faciunt dignæ vt videamur malo.
*Nam, ita Dii me ament, quòd me accuſat nũc vir, ſum extra noxiam: *Sententia defenſoria, cõtra accuſationem generis totius.*
Sed non facilè eſt expurgatu: ita animum induxerunt ſocrus
Omnes eſſe iniquas. haud pol me quidem: nã nunquam ſecus
Habui illam, ac ſi ex me eſſet nata: nec, qui hoc mihi eueniat, ſcio:
Niſi pol filium multis modis iam expecto, vt redeat domum.

ACTVS III. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Pamphilus queritur ſe abſente vxorem ad ſuos abiiſſe, relicta ſocru.

Iambici & trochaici octonarij, itẽ Iãbici ſenarij.

PAMPHILVS, PARMENO, MYRRHINA.

*Neminí ego plura acerba eſſe credo ex amore homini vnquam oblata, *Viam ſternit ad epitaſin. Pamphili enim iam tãdem innoteſcit incommodum, ad quẽ maxime pertinebat.*

Quàm

Quàm mihi. heu me infelicem, haccine ego vitam parſi perdere?
Haccine cauſa ego eram tantopere cupidus redeundi domum?
*Magna loci deteſtatio. *Cui quantò fuerat præſtabiliùs, vbiuis gentiū agere ætatem
Quàm huc redire? atque, hęc ita eſſe, miſerum me reſciſcere?
Nam nos omneis, quibus eſt alicunde aliquis obiectus labos,
Omne quod eſt intereà tempus, priùs quàm id reſcitum eſt lucro eſt.
PAR. At ſic, citiùs qui te expedias his ęrumnis, reperias,
Si non rediſſes, hæ iræ factæ eſſent multo ampliores:
Sed nunc aduentum tuum ambas Pamphile ſcio reuerituras:
Rem cognoſces: iram expedies: rurſum in gratiam reſtitues.
* Conſolatio à quātitate. *Leuia ſunt hæc, quæ tu pergrauia eſſe in animum induxti tuum.
* Amatores conſolatio angit, nō lenit. PAM. *Quid conſolare me? an quiſquam vſquā gentium eſt æquè miſer?
Priùs, quàm hác vxorem duxi, habebā alibi animum amori deditum:
Iam in hac re vt taceam, cuiuis facilè ſcito, quā fuerim miſer:
Tamen nunquàm auſus ſum recuſare eam, quā mihi obtrudit pater
*Implicatio cōtinuarum miſeriarum. *Vix me illinc abtraxi, atque impeditum in ea expediui animum meum:
Vixq; huc contuleram, hem noua res orta eſt, porrò ab hac quæ me abſtrahat.

Tum matrem ex ea re me, aut vxorem in culpa inuenturum arbitror:

Quod cùm ita eſſe inuenero, quid reſtat, niſi porrò vt fiam miſer?

*Nã matris ferre iniurias me Parmeno pietas iubet:

*Tum vxori obnoxius ſum: ita olim ſuo me ingenio pertulit,

Tot meas iniurias, quæ nunquàm in vllo pate fecit loco.

*Sed magnum neſcio quid neceſſe eſt eueniſſe Parmeno,

Vnde ira inter eas interceſſit, quæ tam permã ſit diu.

PAR.*Haud quidẽ hercle* parum eſt: ſi vis verò veram rationem exequi,

Non maximas, quę maximę ſunt interdũ iræ, iniurias

Faciunt: nã ſæpè eſt, quibus rebus alius ne iratus quidem eſt,

Cùm de eadem cauſa eſt iracundus factus inimiciſſimus,

Pueri inter ſeſe quàm pro leuib⁹ noxis iras gerunt.

Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.

*Itidem illæ mulieres ſunt ferme, vt pueri, leui ſententia:

Fortaſſe vnum aliquod verbum inter eos iram hanc* conciuerit.

PAMPH.*Abi Parmeno intro, ac me veniſſe nuntia. PAR. hem, quid hoc eſt? PAMPH. tace.

PAR. Trepidari ſentio, curſari rurſum prorsũ:

g e dum ad fores

A iuſto, & decenti.

** Ab honeſto, & congruo.*

**Suſpicio ingentis mali.*

**Serui reſpõſio ad ultimã tantum partem.*

**paruum*

** Argumentum à ſimili.*

** cõſciuerit.*

** Præmittit ſeruum. ſolẽt enim mariti peregrè reuerſi, multis de cauſis ſuũ aduentũ prænuntiare, vide Nann. Miſcell. lib. 2.*

Acce-

ACTVS III. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Pamphilus triſtior egreditur à Philùmena, deprehenſo eius partu, quem modu omnibus celare conatur, ac tegere.

Iambici tetrametri catalectici.

SOSTRATA, PARMENO, PAMPHILVS.

*NESCIO quid iamdudum hic audio tumultuari miſera:

Malè metuo, ne Philùmenæ magis morbus aggrauescat:

Quod te Æſculapi, & te Salus, ne q̃d ſit huius, (oro.

Nũc ad eam viſam. Par. heus Soſtrata. so. hem.

Par. iterum iſtinc excludere.

S. Ehem Parmeno, tùne hic eras? perij. quid faciam miſera?

Non viſam vxorem Pamphili, cùm in proximo hic ſit ægra?

Par. *Nõ viſas, nec mittas quidem viſendi cauſa quenquam.

NAM qui amat, cui odio ipſus eſt, bis facere ſtultè duco:

Laborẽ inanẽ ipſus capit: & illi moleſtiã affert.

*Tum autem filius tuus introijt videre, vt venit, quid agat.

S. Quid ais? an venit Pamphilus? Par. venit. S. Dijs *gratias habeo.

*Hem, iſtoc verbo animus mihi rediit, & cura ex corde exceſſit.

Par. Iam ea te cauſa maxumè huc nunc introire nolo:

Nam ſi remittẽt quidpiã *Philùmenã dolores, Omnem rem narrabit, ſcio, continuò ſola ſoli, Quæ inter vos, interuenit, vnde ortum eſt initium iræ:

** Magis latinè dixit Terentius, vt bonã ſocrum faciat, quàm bonam meretricem.*

** Diſſuaſio à ſententia morali.*

** Cauſa ab euentu.*

** grates.*

** Soſtrata effectum ſequitur.*

** Philùmena*

Atq; eccum video ipſum egredi, quã triſtis eſ
s. ò mi gnate.

*Cautè reſpõ- Pam. Mea mater, ſalue. soſtr. * gaudeo veniſſ
det, partum ſaluum. ſaluane.
celans, et mẽ Philumena eſt? pam. meliuſcula eſt. s. vtinam
dacium fin- iſtuc ita Dij faxint.
gens. Quid tu igitur lacrumas? aut quid es tã triſtis
pam. rectè mater.
s. Quid fuit tumulti? dic mihi: an dolor repẽti
inuaſit?
pam Ita factũ eſt. s. quid morbi eſt? pam. febris.
s. quotidiana? pam. *ita aiunt.

*Religiosè I ſodes intrò, conſequar iã te mea mater. s. fiat.
mendacium pam. Tu pueris curre Parmeno obuiã, atq; his
ad rumorem onera adiuta.
retulit. par. Quid? non ſciunt ipſi viam, domum qua re-
deant? pam. ceſſas?

ACTVS III. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Deliberat Pamphilus, velit vxorem recipere, an repudiare.

Trochaici tetrametri, & Iãbici aliquot ſenarij.

PAMPHILVS.

*Epitaſis. *Neqveo mearum rerum initium vllũ in-
Graue prin- uenire idoneum.
cipiũ, vt oſtẽ Vnde exordiar narrare, quæ nec opinanti acci-
dantur mul- dunt.
ta, et magna Partim quæ perſpexi hiſce oculis, partim quæ
ærũna. Egre- accepi auribus:
gia querela Qua me propter exanimatũ citiùs eduxi foras.
Pamphili: Nam modò intro me vt corripui timidus, alio
eſtq; hac pro- ſuſpicans
prie fabulæ Morbo me viſurum affectam, ac ſenſi eſſe vxo-
protaſis. rem: hei mihi.

Poſt-

Poſtquam me aſpexere ancillę aduenifſe, illico omnes ſimul
Lætæ exclamāt, venit: id quòd me repente aſpexerant.
Sed continuò vultum earum ſenſi immutari omnium,
Quia tam incommode illis fors obtulerat aduentum meum.
Vna illarum intereà properè *præcucurrit, nuntians
Me veniſſe: ego eius videndi cupidus, rectà conſequor.
Poſtquam introij, extemplo eius morbū cognoui miſer,
Nam neq; vt celari poſſet, tempus ſpatiū vllum dabat:
Neq; voce alia, ac res monebat, ipſa poterat cōqueri.
Poſtquàm aſpexi, *ò facinus indignum inquā: & corripui illico
Me inde, lacrumans, incredibili re, atq; atroci percitus.
Mater conſequitur: iam vt limen exirem, ad genua accidit,
*Lacrumans miſera: miſeritū eſt. profectò hoc ſic eſt, vt puto,
OMNIBVS NOBIS, VT RES dant ſeſe, ita magni, atque humiles ſumus.
Hāc habere orationē mecū à principio inſtitit:
*O mi Pamphile, abs te quam ob rem hæc abierit, cauſam vides:
Nam vitium eſt oblatū virgini olim ab neſcio quo improbo:
Nunc huc confugit, te, atque alios partum vt celaret ſuum:

* *Sic Priſc. lib. 10.*

* *Hac exclamatio ad vitij auctorem refertur.*

* *Oſtendit affectum miſericordiæ ſuæ.*

* *A nomine, & blandimēto ſecreta cōfitetur.*

Sed cum orata eius reminiſcor, nequeo quin la crumen miſer.

Quæque Fors fortuna eſt, inquit, nobis quæ te hodie obtulit,

Donatus,

* *obteſtamur* Per eã te *obſecramus ambæ, ſi ius, ſi fas eſt, vti

Aduerſa eius per te tecta, tacitaque apud omneis ſient:

* *Ab anteacta vita.* * Si vnquam te erga animo eſſe amico ſenſti eam, mi Pamphile,

Sine labore hanc gratiam, te, vti ſibi des pro illa nunc, rogat:

* *Tentat et hoc, tamen verecundè.* * Cæterùm de reducenda id facias, quod in ré ſit tuam,

Parturire eam, neque grauidam eſſe ex te, ſolus conſcius.

Nam aiunt tecum pòſt duobus concubuiſſe eam menſibus:

Tum, poſtquàm ad te venit, menſis agitur hic iam ſeptimus:

Quod te ſcire, ipſa indicat res. nunc ſi potis eſt Pamphile,

Maximè volo, doque operam, vt clam partus eueniat patrem,

Atque adeò omneis. ſed ſi fieri id non poteſt, quin ſentiant,

* *Rationabiliter, menſe ſcilicet ſeptimo.* Dicam *abortum eſſe. ſcio nemini aliter ſuſpectum fore,

Quin, quod veriſimile eſt, ex te rectè eum natum putent.

Continuò exponetur: hic tibi nihil eſt quidquã incommodi:

Et illi miſeræ indignè factam iniuriam contexeris,

* *Concluſio per enarrationem.* * Pollicitus ſum, & ſeruare in eo certum eſt, quod dixi, fidem.

Nam de reducenda. id verò neutiquam honeſtum eſſe arbitror:
Nec faciam: etſi me amor grauiter, conſuetudoque eius tenet.
Lacrumo, quæ poſthac futura eſt vita, cùm in mentem venit,
Solitudoq́, * FORTVNA, vt nunquàm perpetuò es * bona.
Sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit.
Quem ego conſilio miſſum feci, idem nunc huic operam dabo.
Adeſt Parmeno cũ pueris: hũc minimè ẽ opus
*In hac re adeſſe: nam olim ſoli credidi,
Ea me abſtinuiſſe, in principio, cùm data eſt:
Vereor, ſi clamorem eius hic crebrò exaudiat,
Ne parturire eam intelligat: aliquò mihi eſt
Hinc ablegandus, dum parit Philùmena.

* *Exclamatio in Fortunam lubricã*
**data.*
* *Quia & ſcire omnia vult, & nihil tacere.*

ACTVS III. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Narrat Soſia, quæ adierit maris pericula. Seruus Parmeno in arcem mittitur, ne parere Philùmenã interim audiat.

Iambici ſenarij.

PARMENO, SOSIA, PAMPHILVS.

*Ain'tu tibi hoc incommodum eueniſſe iter? S. Non hercle verbis Parmeno dici poteſt
Tantũ, quam re ipſa nauigare incõmodum eſt.
Par. Itàne eſt? S. ò fortunate, neſcis quid mali
Prætererieris, qui nunquàm es ingreſſus mare.
Nã alias vt omittã miſerias, vnam hanc vide:
Dies triginta, aut plus eo, in naui fui,
Quum intereà ſemper mortem expectabam miſer:
Ita vſque aduerſa tempeſtate vſi ſumus;

* *Hic poeta oſtendit incõmoda nauigationis.*

Q 3 Par.

Par. Odioſum. s. haud clam me eſt: deniq; hercle* aufugerim.

Potiùs; quàm redeam, ſi eò mihi redeũdũ ſciã.

Par. Olim quidem te cauſæ impellebant leues

Quod nunc minitare facere, vt faceres Soſia.

Sed Pamphilum ipſum video ſtare ante oſtiũ:

Ite intrò: ego hunc adibo, ſi quid me velit.

Here, etiam tu hic ſtas? Pam. equidem te expecto. Par. quid eſt?

Pam.* In arcem tranſcurſo opus eſt. Par. cui homini? Pam. tibi.

Par. In arcem? quid eò? Pam. Callidemidem hoſpitem,

Myconium, qui mecũ vnà aduectus eſt, cõueni.

Par. Perij: vouiſſe hunc dicam, ſi ſaluus domũ

Rediſſet vnquam, vt me ambulando rũperet.

Pam? Quid ceſſas? Par. quid vis* dicam? an conueniam modò?

Pam. Imò, quòd conſtitui me hodie conuenturum eum,

Non poſſe, ne me fruſtra illic expectet: * vola.

Par. At non noui hominis faciem. Pam. at faciã, vt noueris:

Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius.

Par. Cadaueroſa facies. Dij illum perduint.

Quid, ſi nõ veniet? maneàmne vſq; ad veſperũ?

Pam. Maneto curre. P.* nõ queo: ita defeſſus sũ.

Pam. Ille abijt. quid agã infelix? prorſus neſcio

Quo pacto hoc celẽ, quod me orauit Myrrhina,

Suæ gnatæ partum. nam me miſeret mulieris:

*Quod potero faciam, tamen vt pietate colam:

Nam me parenti potiùs, quàm amori, obſequi

Oportet. at at eccum Phidippum, & patrem

Video: horſum pergunt. quid dicam hiſce, incertus ſum.

Dictum in fugitiuũ ſeruum.

Pamphilus callido conſilio ſeruulum ablegat, uſq. adeo cauet, nequà emanet negociũ.

nuntiem?

Celeritatẽ imponit, ne quid audiat.

Hoc magis in geſtu exprimitur.

Pamphili pietas, Pamphili honeſtas.

ACTVS III. SCENA V.

ARGVMENTVM.

De reducendi Philumena inter ſenes agitur. Pāphilus reducturum ſe negat: fert eam rem indignè Phidippus.

Trochaici octonarij, Iambici ſenarij.

LACHES, PHIDIPPVS, PAMPHILVS.

*DIXTIN' dudum, dixiſſe illam ſe expectare filium?

Ph. Factum. L. veniſſe aiunt: redeat. Pam. quam cauſam dicam patri,

Quamobrem non reducam, neſcio. L. quem ego hic audiui loqui?

Pam. Certum obfirmare eſt viam me, quam decreui perſequi.

L. Ipſus eſt, de quo hoc agebam tecum. Pam. ſalue mi pater.

L. Gnate mi, ſalue. Phi. bene factum te aduenisſe Pamphile,

*Atque adeò, quod maxumum eſt, ſaluum, atque validum. Pam. creditur,

L.* Aduenis modò? Pam. admodum. L. cedò, quid reliquit Phania

Conſobrinus noſter? Pam. ſanè hercle homo voluptati obſequens

Fuit, dum vixit: & qui ſic ſunt, haud multùm hæredem iuuant.

Sibi verò hanc laudem relinquunt: vixit, dum vixit bene.

L. Tum tu igitur nihil attuliſti huc plus vna ſententia?

Pa. Quidquid eſt id, quod reliquit, profuit. L.* imò obfuit:

Nam illum viuum, & ſaluum vellem. Ph. impunè optare iſtuc licet.

** Viam ad epitaſim facit: ſenes .n. impellunt ad reducēdam.*

** Auxeſis ad ſalutem.*

** Aut auarus, aut iactabundus hac dicit.*

** Patrū auaritiā notat.*

Ille reuiuiſcet iam nunquàm:& tamen, vtrum malis,ſcio.

Huc tendebat tota oratio.

L.*Heri Philùmenā ad ſe accerſi hic iuſſit. dic iuſſiſſe te.

PH. Noli fodere. iuſſi. L.ſed eam iam remittet. PH.ſcilicet.

PA.Omnem rem ſcio.vt ſit geſta:aduenięns audiui omnia.

Imprecatio in rumigerulos.

L.*At iſtos inuidos Dij perdant,qui hęc lubenter nuntiant. (Ita

Pa.Ego me ſcio cauiſſe,ne vlla merito cõtumeFieri à vobis poſſet:idq; ſi nunc memorare hic velim,

Argumentum fortiſſimum.

*Quàm fideli animo, & benigno in illam, & clementi fui, (ſcere:

Verè poſſim,ni te ex ipſa id magis velim reſci-

Nanque eo pacto maxumè apud te meo erit ingenio fides,

Confirmatio cum proteſtatione.

*Cùm illa, quæ nunc in me iniqua eſt, æqua de me dixerit.

Neque mea culpa hoc diſſidium eueniſſe,id teſtor Deos.

Sed qñ eſſe indignã ſeſe deputat matri meæ,

Cui cõcedat, cuiusq; mores toleret ſua mode-

Neq; alio pacto cõponi p̃t inter eas grã: (ſtia,

Ex deliberatione conditionem colligit.

*Segreganda aut mater à me eſt Phidippe, aut Philumena.

Nunc me pietas matris potiùs commodum ſuadet ſequi.

L. Pamphile ad aureis haud inuito ſermo mihi acceſſit tuus,

Cùm te poſtputaſſe oẽs res prę parẽte ĩtelligo.

Verũ vide,ne impulſ⁹ ira,prauè ĩſiſtas Pãphile.

Pam.Quibus iris impulſus nunc in illam iniquus ſim?

Quæ nunq̄ quidq̄ erga me cōmerita eſt pater,
Qđ nollem:& ſæpè meritam, qđ vellem, ſcio:
*Amoq;, & laudo, & vehementer deſidero:
Nā fuiſſe erga me miro ingenio, expertus ſum:
Illiq́ue exopto, vt reliquam vitam exigat
Cum eo viro, me qui ſit fortunatior:
*Quandoquidē illam à me diſtrahit neceßitas.
Ph. ſibi id in manu eſt ne fiat. L. ſi ſanus ſies,
Iube * illā redire. Pam. *non eſt conſiliū pater:
Matris ſeruibo commodis. L. quò abis? mane.
Mane inq̄. quò abis? Ph. quę hæc eſt pertinacia?
L. * Dixìnę Phidippe hāc rē ægrè laturū eſſe eúi?
Quamobrem * te orabam, vt filiam remitteres.:
Ph. Nō credidi ædepol adeò inhumanū fore.
Ita nunc is ſibi me ſupplicaturum putat?
Si eſt, vt velit reducere vxorem, licet:
Sin alio eſt animo, renumeret dotem huc, eat.
L. Ecce aūt, tu quoque proteruè iracundus es.
Ph. Percōtumax rediſti huc nobis Pamphile.
L: Decedet iam ira hęc, etſi meritò iratus eſt.
Ph. Quia paululùm vobis acceſſit pecuniæ,
Sublati animi ſunt. L. etiam mecum litigas?
Ph. * Deliberet, renuntietq́; hodie mihi,
Velitne, an non, vt alii, ſi huic non ſit, ſiet.
L. * Phidippe, ades, audi, paucis. abijt. qd mea?
Poſtremò inter ſe tranſigant ipſi, vt lubet:
Quando nec gnatus, neque hic mihi quidquā obtemperant:
Quæ dico paruipendunt. porto hoc iurgium ad
Vxorem: cuius hæc fiunt conſilio omnia:
*Atque in eam hoc omne, quod mihi ægrè eſt, euomam.

*Totum hoc facit ad Cataſtrophē, vt auidiùs reducatur.
* Excuſatio repudij à neceßitate.
* eam
* Leuis recuſatio.
* Inuidioſè in Phidippū
* tecum.
* Iratus hac.
* Præ ira noluit neq. audire, neq. reſpondere.
* Nā ægros releuat vomitus.

ACTVS IIII. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Obiurgat vxorē maritus ob celatum filiæ partū:

hoc etiam, quod reſciſcit de puero Phidippus, ad tumultum augendum facit, & ut Pamphilus uxorem recipere cogatur.

Iambici octonarij acatalectici & catalectici, & unus quaternarius. Item Trochaici octonarij catalectici & acatalectici.

MYRRHINA, PHIDIPPVS.

Reſciſcit de puero Phidippus: id etiam ad augēdum tumultū facit, et ut Pāphilus cogatur reducere

*PERII. quid agam? quò me vortam? quid meo viro reſpondebo
Miſera? nā audiſſe vocē pueri viſus eſt vagiētis:
Ita corripuit derepēte tacitus ſeſe ad filiam:
Quòd ſi reſcierit peperiſſe eam,
Id qua cauſa clam me habuiſſe dicam, non ędepol ſcio.
Sed oſtium concrepuit: credo ipſum ad me exire: nulla ſum.

Oſtendit eū cogitabundum de filia.

P. Vxor, vbi me ad filiā ire ſenſit, ſe duxit foras:
Atque eccā uideo. quid agis Myrrhina? *heus, tibi dico. M. mihìne mi vir?
P. Vir ego tuus ſum? tu virum me, aut hominem deputas adeò eſſe?
Nam ſi vtrumuis horum, mulier, vnquam tibi viſus forem,
Non ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem. M. quibus? P. at rogitas?

Mira calliditas.

Peperit filia. hem, taces? ex quo? M. *iſtuc patrē rogare eſt æquum?
Perij. ex quo cenſes, niſi ex illo, cui data eſt nuptum obſecro?
P. Credo: neque adeò arbitrari patris eſt aliter. ſed demiror
Quid ſit, quam ob rem tantopere hunc omnes nos celare *volueris

Volueritis.

Partum, præſertim cùm & rectè, & tempore ſuo pepererit.

Adeòne

Adeòne peruicaci eſſe animo, vt*puerum præ- *Inuidia ab*
optares perire, *infantis ata*
Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiã poſt *te.*
hac ſcires,
Potiùs, quàm aduerſum animi tui lubidinem
eſſet cum illo nupta?
Ego autem illorum eſſe hanc culpam credidi,
quæ te eſt penes.
M. Miſera ſum: P. vtinam ſciam ita eſſe iſtuc.* *Argumen-*
ſed nunc mihi in mentem venit, *tum à prius*
De hac te quod locuta es olim, cùm illum gene *dictis.*
rum cepimus:
Nã negabas nuptam filiam tuam poſſe te pati
Cùm eo, qui meretricem amaret, qui pernocta-
ret foris.
M. Quamuis cauſam hunc ſuſpicari, quàm ip-
ſam veram, malo.
P. Multo priùs ſciui; quàm tu, illum habere
amicam Myrrhina:
Verùm id vitium nunquàm decreui eſſe ego
adoleſcentiæ:
Nam id omnibus innatum eſt. at pol iam*ade- *Aderit. ſ.*
rit ſe quoque etiam cùm oderit. *tempus.*
*Sed vt olim te oſtendiſti eãdem eſſe, nihil ceſ- *Accuſatio*
ſaſti vſque adhuc, *à perſeueran*
Vt filiam ab eo abduceres, neu, quod ego egiſ- *tia.*
ſem, eſſet ratum
Id nunc res indicium hæc facit, quo pacto fa-
ctum volueris, **Argumen*
M. Adeòn' me eſſe peruicacem cenſes, *cui ma- *tum à veriſi*
ter ſiem, *mili, & à p-*
Vt eo eſſem animo; ſi ex vſu eſſet noſtro hoc *ſona idonea.*
matrimonium? * *Oratorie*
P. * Túne proſpicere, aut iudicare, noſtram in *auctoritatẽ*
rem quod ſit, potes? *iud cibus a-*
Audiſti *dimit.*

Audiſti ex aliquo fortaſſe, q vidiſſe eũ diceret
Exeuntem, aut in troeuntem ad amicam. quid tum poſteà,
Si modeſtè, ac rarò hoc fecit? nònne ea diſſimulare nos
Magis humanum eſt, quàm dare operam id ſcire, qui nos oderit?

*Laudat hoc ipſum, quò accuſatus eſt

*Nam ſi is poſſet ab ea ſeſe derepente auellere,
Quicum tot conſueſſet annos, non eum hominem ducerem.

Pamphilus.

Nec virum ſatis firmum gnatæ. M. mitte adoleſcentem obſecro

His verbis commentitia argumenta contemnit.

*Et q me peccaſſe ais, abi: ſolum ſolus cõueni:
Roga, velìtne, an nõ vxorẽ. ſi ẽ, vt dicat velle ſe,
Redde: ſin eſt aũt, vt nolit, rectè conſului meæ.
Ph. *Si quidem ille ipſe non vult, & tu ſenſti eſſe in eo Myrrhina

Hic eo accuſat eam, quo ſeipſum tutari credit.

Peccatum: aderam, cuius conſilio fuerat ea parproſpici.
Quam ob rem incendor ira, eſſe auſam facere hæc iniuſſu meo.
Interdico, ne extuliſſe extra ædeis puerum vſquam velis.
Sed ego ſtultior, meis dictis parere hanc qui poſtulem.
Ibo intrò, atque edicam ſeruis, ne quoquàm efferri ſinant.
M. Nullã pol credo mulierẽ me miſeriorẽ viuere:
Nam vt hic laturus hoc ſit, ſi ipſam rem, vt ſiet reſciuerit,
Non ædepol clam me eſt, cùm hoc, quod leuius eſt, tam animo iracundo tulit:
Nec, qua via ſententia eius mutari poſſit ſcio.
Hoc mihi vnum ex plurimis miſerijs reliquũ fuerat malum.

Si, pue-

Si puerum vt tollam, cogit, cuius nos qui ſit ne
ſcimus pater:
Nam cùm compreſſa eſt gnata, forma in tenebris noſci non *quita eſt: ** Antique*
Neque detractum ei tum quidquam eſt, qui *dictum*.
poſt poſſit noſcier, qui ſiet:
Ipſe eripuit vi, in digito quem habuit, virgini
abiens annulum:
Simul vereor Pamphilum, ne orata noſtra nequeat diutius
Celare, cũ ſciet alienum puerum tolli pro ſuo.

ACTVS IIII. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Soſtratæ purgatio de Philùmena abſceſſu, Eadem Soſtrata rus abituram ſe filio pollicetur, ne impedimento ſit, quò minus redeat Philùmena. Filius contra matri, ne id faciat, diſſuadere conatur.

Iambici tetrametri.

SOSTRATA, PAMPHILVS,

*Non clam me eſt gnate mi, tibi me eſſe ſuſpectam vxorem tuam
Propter meos mores hinc abiſſe, etſi ea diſſimulas ſedulò:
Verùm ita me Dij ament, itaque obtingant ex te, quæ exopto mihi,
Vt nunquam ſciens commerui, meritò vt caperet odium illam meĩ:
Teque antequàm me amare rebar, ei rei firmaſti fidem
Nam mihi intus tuus pater narrauit modò, quo pacto me habueris
*Præpoſitam amori tuo: nunc tibi me certum eſt contra gratiam
Referre, vt apud me præmium eſſe poſitum pietatis ſcias.

** Soſtrata excuſatur, Myrrhina paulò poſt accuſabitur, donec palã fiet vtranque vacare culpa.*

** A iuſto, & honeſto.*

*Mi

Verbis præmollit rē durам, quam dictura eſt. *Mi Pamphile, hoc & vobis, & meæ commodū famæ arbitror:

Ego rus abituram hinc cum tuo me eſſe certò decreui patre,

Ne mea præſentia obſtet, neu cauſa vlla reſtet reliqua,

Quin tua Philumena ad te redeat. PAM. quæſo quid iſtuc conſili eſt?

Illius ſtultitia victa, ex vrbe tu rus habitatum migres?

Diſſuaſio à pſona, à cauſa, à loco, à facto. *Haud facies, neq; ſinam, vt qui nobis mater maledictum velit,

Mea pertinacia dicat eſſe factum, haud tua modeſtia.

Tū tuas amicas, & cognatas deſerere, & feſtos dies,

Omnia. Pamphili argumētum refellit. Mea cauſa, nolo. S. nihil, pol iam iſtæ res mihi voluptatis ferunt:

*Dum ætas, tempus tulit, perfuncta ſatis ſum: ſatietas me iam tenet

**Inuiſam, quia, & ſocrus, et quia anus.* Studiorum iſtorum: hæc mihi nūc cura eſt maxima, vt ne cui meę

Lōgiquitas ætatis obſtet, mortéue expectet meā

** Mores notat detractorum.* Hic video me eſſe *inuiſam immeritò: tēpus eſt concedere.

*Sic optimè, vt ego opinor, omneis cauſas præcidam omnibus,

** Quod abſque hoc eſſet in Captiuis Plautus, & infra ī Phormione.* Et me hac ſuſpicione exoluam, & illis morem geſſero.

Sine me obſecro hoc effugere, volgus quod malè audit mulierum.

P. Quàm fortunatus cæteris ſum rebus, * abſq; vna hæc foret,

** Dura patienter ferenda ſunt.* Hanc matrem habens talem, illā autem vxorē.

S. *obſecro mi Pamphile,

Non

Non tute incommodam rem, vt quæq; eſt, in animum inducas pati.

Si cętera ſunt ita, vt tu vis, itaque vt eſſe ego illa exiſtimo.

Mi gnate, da veniam hanc mihi, reduce illam. P. væ miſero mihi.

S. Et mihi quidem: nam hæc res non minùs me malè habet, quàm te, gnate mi.

ACTVS IIII. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Recõciliantur, & omne bellum inter ſe cõponunt vir, & vxor. Monetur Pãphilus, vt vxorẽ reducat. Trochaici, Iambiciq́; octonarij, ſenarius vnus. & quaterniarius vnus.

LACHES, SOSTRATA, PAMPHILVS.

*QVEM cum iſtoc ſermonẽ habueris, procul hinc ſtans accepi vxor: *Laches audierat verba Soſtratæ ad filium habita.*

Iſtuc eſt ſapere, qui, vbicunque opus ſit, animũ poſſis flectere,

Quod faciundũ* ſit poſt fortaſſe, idem hoc nũc ſi feceris. *fortaſſe ſit*

S. Fors fuat pol. L. abi rus ergo hinc: ibi ego te, & tu me feres. *pol ideſt hoc* *Fors, bona fortuna eſt.*

S. Spero Ecaſtor. L. i ergo intrò, & cõpone, quæ ſimul tecum

Ferantur: *dixi. S. ita vt iubes, faciam. P. pater. *Dixi, perorationis verbum.*

L. Quid vis Pamphile? P. hinc abire matrem? minimè. L. quid ita iſtuc vis?

P. Quia de vxore incertus ſum etiam, quid ſim facturus. L. quid eſt?

Quid vis facere, niſi reducere? P. equidem cupio, & vix* contineo:

Sed non minuam meũ conſilium: ex vſu quod eſt, id perſequar. *contineor.*

Credo

*Mi Pamphile, hoc & vobis, & meæ commodũ famæ arbitror:
Ego rus abituram hinc cum tuo me eſſe certò decreui patre,
Ne mea præſentia obſtet, neu cauſa vlla reſtet reliqua,
Quin tua Philumena ad te redeat. PAM. quæſo quid iſtuc conſili eſt?
Illius ſtultitia victa, ex vrbe tu rus habitatum migres?
*Haud facies, neq; ſinam, vt qui nobis mater maledictum velit,
Mea pertinacia dicat eſſe factum, haud tua modeſtia.
Tũ tuas amicas, & cognatas deſerere, & feſtos dies,
Mea cauſa, nolo. S. nihil, pol iam iſtæ res mihi voluptatis ferunt:
*Dum ætas, tempus tulit, perfuncta ſatis ſum: ſatietas me iam tenet
Studiorum iſtorum: hæc mihi nũc cura eſt maxima, vt ne cui meę
Lõgiquitas ætatis obſtet, mortẽue expectet meã
Hic video me eſſe *inuiſam immeritò: tẽpus eſt concedere.
*Sic optimè, vt ego opinor, omneis cauſas præcidam omnibus,
Et me hac ſuſpicione exoluam, & illis morem geſſero.
Sine me obſecro hoc effugere, volgus quod malè audit mulierum.
P. Quàm fortunatus cæteris ſum rebus, * abſq; vna hæc foret,
Hanc matrem habens talem, illã autem vxorẽ.
S. *obſecro mi Pamphile,

** Verbis præmollit rẽ duram, quam dictura eſt.*
**Diſſuaſio à ꝑſona, à cauſa, à loco, à facto.*
**Omnia.*
Pamphili argumẽtum refellit.
**Inuiſam, quia, & ſocrus, et quia anus.*
** Mores notat detractorum.*
** Quod abſque hoc eſſet in Captiuis Plautus, & infra ĩ Phormione.*
** Dura patienter ferenda ſunt.*

Non

Non tute incommodam rem, vt quæq; eſt, in animum inducas pati.

Si cętera ſunt ita, vt tu vis, itaque vt eſſe ego illa exiſtimo.

Mi gnate, da veniam hanc mihi, reduce illam. P. væ miſero mihi.

S. Et mihi quidem: nam hæc res non minùs me malè habet, quàm te, gnate mi.

ACTVS IIII. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Recōciliantur, & omne bellum inter ſe cōponunt vir, & vxor. Monetur Pāphilus, vt vxorē reducat. Trochaici, Iambiciq; octonarij, ſenarius vnus. & quaterniarius vnus.

LACHES, SOSTRATA, PAMPHILVS.

*QVEM cum iſtoc ſermoné habueris, procul hinc ſtans accepi vxor: *Laches audierat verba Soſtrata ad filium habita.*

Iſtuc eſt ſapere, qui vbicunque opus ſit, animū poſſis flectere.

Quod faciundū* ſit poſt fortaſſe, idem hoc nūc ſi feceris. **fortaſſe ſit pol. ideſt hoc*

S. Fors fuat pol. L. abi rus ergo hinc: ibi ego te, & tu me feres. **Fors, bona fortuna eſt.*

S. Spero Ecaſtor. L. i ergo intrò, & cōpone, quæ ſimul tecum

Ferantur.* dixi. S. ita vt iubes, faciam. P. pater. **Dixi, perorationis verbum.*

L. Quid vis Pamphile? P. hinc abire matrem? minimè. L. quid ita iſtuc vis?

P. Quia de vxore incertus ſum etiam, quid ſim facturus. L. quid eſt?

Quid vis facere, niſi reducere? P. equidem cupio, & vix* contineo:

Sed non minuam meū conſilium: ex vſu quod eſt, id perſequar. **contineor.*

Credo.

Credo ea gratia concordes magis, ſi non reducam, fore.

L. Neſcias: verùm id tua refert nihil, vtrum illę fecerint,

Quando hęc abierit. odioſa hæc eſt ætas adoleſcentulis;

E medio æquum excedere eſt: poſtremò iá nos fabulæ

Sumus Pamphile, ſenex, atque anus.

Per tẽpus, id eſt, opportunè. Sed video Phidippũ* p tẽps egredi: accedamus.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Natum puerum Laches reſciſcit, Pamphilum ad recipiendum vxorem ambo ſenes hortantur, ille negat, meretricis amorem incuſat pater.

Iambici ſenarij.

PHIDIPPVS, LACHES, PAMPHILVS.

Transfertur culpa in alteram animum. Oſtenditur & matri, & ſocrui eſſe iratus, quòd filia à marito diſceſſerit.

Traductio criminis.

Ego, grauis orationis initium.

Nam liberi patrem ſequuntur.

*TIBI quoq; ædepol ſum iratus, Philumena,
Grauiter quidem. nam hercle abs te factum eſt turpiter:
Etſi tibi cauſa eſt de hac re: mater te impulit:
Huic verò nulla eſt. L. opportunè te mihi
Phidippe in ipſo tempore oſtẽdis. Ph. quid eſt?
Pa. Quid tńdebo his? aut quo pacto hoc opiá?
L. Dic filiæ, rus conceſſuram hinc Soſtratam:
Ne reuereať, minùs iá quò redeat domũ. Ph. ah,
Nullam de his rebus culpam commeruit tua:
*A Myrrhina hęc ſunt mea vxore exorta oĩa:
Mutatio fit: ea nos perturbat Laches.
Pam. Dum ne reducá, turbent porrò, q̃ velint.
Ph. *Ego Pamphile eſſe inter nos, ſi fieri poteſt,
Affinitatem hanc ſanè perpetuam volo:
Sin eſt, vt aliter tua ſiet ſententia,
*Accipias puerũ. Pam. ſenſit peperiſſe: occidi.
L. Puerũ? quẽ puerũ? Ph. natus eſt nobis nepos:

Nam

Nam abducta à vobis * prægnãs fuerat filiã,
Neque fuiſſe * prægnantem vnquam ante hũc
ſciui diem.
L. Bene, ita me Dij ament, nuntias: & gaudeo
Natũ illũ, & tibi illã ſaluã.* ſed quid mulieris
Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?
Nôſne hoc celatos tandiu? nequeo ſatis.
Quã hoc mihi videtur factum praue, proloqui.
Ph. Non tibi illud factum minùs placet, quàm
mihi Laches.
Pam. Etſi iãdudum fuerat ambiguũ hoc mihi,
Nunc nõ eſt cũ eã iã conſequitur alienus puer.
L. Nulla tibi Pamphile hic iam conſultatio eſt.
Pam. * Perij. L. hũc videre ſæpè optabamus diẽ,
Cũ ex te eſſet aliquis, qui te appellaret patrem:
Euenit: habeo gratiam Dijs. Pam. nullus ſum.
L. Reduc vxorem, ac noli aduerſari mihi,
Pam. * Pater, ſi illa ex me liberos vellet ſibi,
Aut ſe eſſe mecum nuptam, ſatis certò ſcio,
Non me clam haberet, quæ celaſſe intelligo
Nunc, cùm eius alienũ à me eſſe animũ ſentiã,
Nec cõuenturũ inter nos poſthac eſſe arbitror,
Quã ob rẽ reducã? L. * mater quod ſuaſit ſua,
Adoleſcens mulier fecit: mirandùmne id eſt?
Cenſen'te poſſe reperire vllam mulierem
Quæ careat culpa? an quia non delinquũt viri? *
Ph. Voſmet videte iam Laches & tu Pamphile,
* Remiſſam opus ſit vobis, an * reductã domũ:
Vxor quid faciat, in * manu non eſt mea:
* Neutra in re vobis difficultas à me erit.
Sed quid faciemus puero? L. ridicule rogas?
Quidquid futurũ eſt, huic reddas ſuũ ſcilicet,
Vt alamus noſtrum. P. quẽ ipſa neglexit, pater,
Ego alam? L. quid dixti? ehò an non alemus Pã-
phile?

Pierius, & Bembus prægnas.

* *Pierius in illud Vir. 8. Æn. Pallas huic fili⁹ vna legit, Neque fuiſſe vnquã ante hãc Bemb. verò, Nec fuiſſe, * prægnatẽ ante hunc vnquam.*

* *Reprehẽſio cum contemptu.*

* *Vrgetur Pãphilus pueri mentione.*

* *Tandem alterã diſſidij cauſam commentus eſt.*

* *A deriuatione cauſæ.*

* *Bemb. Remiſſan.*

* *reducta*

* *Manu. ſ. vxoris.*

* *Promittit facilitatem ſuam.*

Prodemus quæſo potiùs? quæ hæc amentia eſt?
Enimuero prorſus iam tacere non queo:
Nam cogis ea, quæ nolo, vt p̃ſente hoc loquar.
Ignarum cenſes tuarum lacrumarum eſſe me?
Aut quid ſit id, qđ ſollicitere ad hunc modũ?
*Primùm vbi hanc dixti cauſam, te pp tuam
Matrem non poſſe habere hanc vxorem domi,
Pollicita eſt ea ſe conceſſuram ex ædibus.
Nunc, poſtquàm ademptam hanc quoque tibi cauſam vides,
Puer quia clam te eſt natus, nactus alteram es.
Erras, tui animi ſi me eſſe ignarum putas:
*Aliquando tandem hùc animum vt adiũgas tuum: (dedi?
Quàm longum ſpatium amandi amicam tibi
Sumptus, quos feciſti in eam, quàm animo æquo tuli?
Egi, atque oraui tecum, vxorem vt duceres:
Tempus dixi eſſe: impulſu duxiſti meo:
Quæ tum, obſecutus mihi, feciſti vt decuerat:
Nunc animũ rurſum ad meretricẽ ĩduxti tuũ,
Cui tu obſecutus, facis huic adeò iniuriam.
Nam in eandem vitam te reuolutum denuo
Video eſſe Pa. mène? L. teipſum & facis iniuriã,
Cùm fingis falſas cauſas ad diſcordiam,
Vt cũ illa viuas, * teſtẽ hãc cũ abs te amoueris:
Senſitq; adeo vxor. nam ei cauſa alia quæ fuit,
Quam ob rem abs te abiret? Ph. planè hic diuinat: nam id eſt. (bi. L. ah,
Pam. Dabo iuſiurandum nihil eſſe iſtorum ti-
*Reduc vxorem, aut, quam ob rem non opus ſit, cedò
Pam. Non eſt nũc tempus. L. puerum accipias: nam is quidem
In culpa non eſt. poſt de matre videro: –
Pam. *Om-

*Extrema conflictatio epitaſeos.

*Ab ante actis.

*abducas.

*Agit, qui inſtater petit: orat, qui demiſſe precatur.

*tecum, pro te, Comicus character.

*Teſtem vocat, nõ impeditricem.

*Relicta q̃ſtione ad rẽ redit.

Pam. * Omnibus modis miſer ſum: nec quid agam, ſcio:
Tot nunc me rebus miſerum concludit pater:
Abibo hinc, præſens quando promoueo parũ.
Nam puerum iniuſſu credo non tollent meo,
Præſertim in ea re cũ ſit mihi adiutrix ſocrus.
L. Fugis? hem, nec quidquã certi reſpõdes mihi?
Num tibi videtur eſſe apud ſeſe? ſine:
Puerũ Phidippe mihi cedò, ego alã. Ph. maximè
Non mirum fecit vxor mea, ſi hoc ægrè tulit:
Amaræ mulieres ſunt, non facile* hæc ferunt.
Propterea hæc ira eſt: nam ipſa narrauit mihi:
Id ego hoc præſente tibi nolebam dicere.
Neq; illi credebã primò: nunc verò palàm eſt.
Nam omnino abhorrere animum huic video à nuptiis.
L. Quid ergo agam Phidippe? quid das conſilì.
Ph. *Quid agas? meretricem hanc primùm adeundam cenſeo:
Oremus: accuſemus grauiùs: denique
Minitemur, ſi cum illo habuerit rem poſtea.
L. Faciam, vt mones. ehò puer, curre ad Bacchidem hanc
*Vicinam noſtram: huc euoca verbis meis.
Et te oro porrò, ĩ hac re adiutor ſis mihi. Ph. ah,
Iã dudum dixi, itidemq; nunc dico Lache;,
Manere affinitatem hanc inter nos volo,
Si vllo modo eſt, vt poſſit, quod ſpero, fore.
Sed viſne adeſſe me vnà, dum iſtam conuenis?
L. Imò verò abi; aliquam puero nutricẽ para.

*Anxius Pamphilus abſcedit, ne rẽ aperire cogatur.

*Hæc, pellicatum, ſcilicet et adulteriũ.

*Poeta feſtinat ad rerũ cognitionẽ.

*Honeſtè dixit, vt ſeni congruit.

ACTVS V. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Bacchis & Laches colloquuntur. Hic illã accuſat, ꝙ ad ſe recipiat filium: illa conſtanter negat. Mitem autem ſenem, & meretricem bonam inducit: &

occaſio eſt cataſtrophes.

Iambici tetrametri, acatalectici & catalectici. Trochaici octonarij, & vnus dimeter catalecticus.

BACCHIS, LACHES.

Occaſio cataſtrophes. *NON hoc de nihilo eſt, quòd Laches nunc me conuentam eſſe expetit:
Nec pol me multum fallit, quin, quod ſuſpicor ſit quod velit.
L. Videndum eſt, ne minus propter iram hanc impetrem, quam poſſiem:
Aut ne quid faciam plus, quod me poſt minus feciſſe ſatius ſit.
Aggrediar. Bacchis ſalue.
Lene, & molle procemium. B. Salue Laches. L. * credo ædepol te nonnihil mirari Bacchis,
Quid ſit, quapropter te huc foras puerum euocare iuſſi.
Parelcon tertium. B. Ego pol * quoque etiam timida ſum, cùm venit mihi in mentem, quę
Bemb. quaſi mihi. Sim, ne nomen mihi * quęſtus obſtet: nam mores facilè * tutor. (lier:
tueor. L. * Si vera dicis, nihil tibi eſt à me pericli mu-
Ambiguitas. * Nam iam ætate ea ſum, vt nõ ſiet peccato mihi ignoſci æquum:
Cautio Lachetis. Quo magis omneis res cautiùs, ne temerè faciam, adcuro.
Nam ſi id nunc facis, facturàue es, bonas quod par eſt facere·
Inſcitũ, id eſt, inelegãs. * Inſcitum offerre iniuriam tibi me immerenti, iniquum eſt.
L. Eſt magna ęcaſtor gratia, de iſthac re, quam tibi habeam.
Nam qui poſt factam iniuriam ſe expurget, parum mihi proſit.

Sed

Sed quid iſtuc eſt? L. *meum receptas filium ad *Propoſitio accuſationis
te Pamphilum. B. ah.
L. Sine dicam: vxorem prius quàm hanc duxit,
veſtrum amorem pertuli:
*Mane, mane: nondum etiam dixi id, quod vo- *Parabat ambitum Bacchu.
lui. hic nunc vxorem habet:
Quęre alium tibi firmiorem amicum, dum tē-
pus conſulendi eſt:
*Nam neque ille hoc animo erit ætatem, neq; *Permutatio rerum.
poltu eadem iſthæc ætate
B. Quis id ait? L. ſocrus. B. mene. L. teipſam: & fi-
liam abduxit ſuam:
Puerumq́ue ob eám rem clàm voluit, *qui na- *natus qui.
tus eſt, extinguere.
B. *Aliud ſi ſcirem, qui firmare meam apud *Commendatio à perſona.
vos poſſiem fidem,
*Sanctius quàm iuſiurandum, id pollicerer ti- *Ab vtili.
bi Laches,
*Me ſegregatum habuiſſe, vxorem vt duxit, à *Ab honeſto.
me Pamphilum.
L. Lepida es. ſed ſcin' quid volo potius ſodes fa-
cias? B. quid, vis? cedò.
L. Eas ad mulieres huc intrò, atq; iuſiurādū idē
Pollicearę illis: exple animum his, teque hoc
crimine expedi.
B. *Faciā: quod pol, ſi eſſet alia ex hoc quæſtu, *Bona meretrix contra conſuetudinē facit.
haud faceret, ſcio.
Vt de tali cauſa nuptæ mulieri ſe oſtenderet.
Sed eſſe falſa fama nolo gnatum ſuſpectū tuū:
Nec leuiorem vobis, quibus eſt minimè, æquū,
videtier
Immeritò nam meritus de me eſt, quod queā,
illi vt commodem.
L. Facilem, beneuolumq́ue lingua tua iam tibi
me reddidit:

* *Suſpicione ſuā fatetur.* Nam non ſunt ſolæ arbitratæ hæ: ego quoque hoc etiam credidi.

Nunc, cùm ego te eſſe præter noſtram opinionem comperi,

Fac eadem vt ſis porrò: noſtra vtere amicitia, vt voles.

* *Apoſiopeſis irati.* *Aliter ſi facias, ſed reprimā me, ne ægrè quidquam ex me audias.

* *Comminatio pollicitationi admiſta.* * Verùm te hoc moneo vnum, qualis ſim amicus, aut quid poſſiem

Potiùs quàm inimicus, periclum facias. B. Faciam ſedulò.

ACTVS V. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Quæ dudum Lacheti, eadem hæc Phidippo Bacchus promittit, ſe intrò abituram ad Soſtratam, & Myrrhinam, vt illis purgetur.

Iambici tetrametri catalectici, & vnus dimeter catalecticus.

PHIDIPPVS, LACHES, BACCHIS.

**Poſt varia nutricis poſcentis verba Phidippus ad generale promiſſionē ſe confert, dicens, Nihil apud me.* *NIHIL apud me tibi defieri patiar, quin, quod opus ſit,

Benignè præbeatur.

Sed cùm tu ſatura, atque ebria eris, puer vt ſatur ſit, facito.

L. Noſter ſocer, video, venit: puero nutricem adduxit

Phidippe, Bacchis deierat per ſanctè. P. hæccine ea eſt? L. hæc eſt.

**Meretrices irreligioſæ.* P. Nec pol iſtæ metuunt Deos: neque has reſpicere Deos opinor.

**Firmius argumentum.* BAC. * Ancillas dedo: quo lubet cruciatu per me exquire

Licet. hæc res hic agitur: Pamphilo me facere vt redeat vxor,

Oportet:

Oportet: quod ſi perficio, non pœnitet me famæ.
Solam feciſſe, id quod aliæ meretrices facere fugitant. (falſo
L. Phidippe, noſtras mulieres * ſuſpectas fuiſſe *Non de adulterio, ſed de nurus diſceſſu.*
Nobis, in te ipſa inuenimus: porro hanc nunc experiamur.
Nã ſi cõperero crimini tua ſe vxor crediidiſſe,
Miſſam iram faciet: ſin autem eſt ob eam rem iratus gnatus,
Quòd peperit vxor clàm, id leue eſt: citò ab eo hæc ira abſcedet.
*Profectò in hac re nihil mali eſt, quod ſit diſſi dio dignum *Poſt diſcuſſionẽ hoc infert.*
P. Velim quidem hercle. L. exquire: adeſt: quod ſatis ſit, faciet. B. faciam.
P. * Quid iſthæc mihi narras: an quia nõ tute ipſe audiſti dudum, *Correptio.*
De hac re animus meus vt ſit Laches? illis modò *explc animum. *expleto*
L. Quæſo ædepol Bacchis, quod mihi es pollicita, tute vt ſerues.
B. Ob eam rem vis ergo introeam? L. i, atque exple animum his, vt credant.
B. Eo: etſi ſcio pol his fore meum conſpectum inuiſum hodie:
Nam nupta meretrici hoſtis eſt, à viro vbi ſegregata eſt.
L. * At hæ amicæ erunt, vbi, quam ob rem aduenerit, reſciſcent. *Alia perdendi rationes.*
P. At eaſdem amicas fore tibi promitto, rem vbi cognorint:
Nã illas errore, & te ſimul ſuſpitione exolues.
B. Perij pudet Philùmenæ: ſequimini me intrò huc ambæ.

L. Quid eſt, quod mihi malim, quã quod huic intelligo euenire,
Vt gratiam ineat ſine diſpendio ſuo, & mihi vna proſit?
*Nam ſi eſt, vt hæc nunc Pamphilum verè ab ſe ſegregarit.
Scit ſibi nobilitatem ex eo, &*rem natam, & gloriam eſſe,
Referetq́, gratiam ei, vnaque nos ſibi opera amicos iunget.

*Oſtēdit cōe bonum vtrique euentu rum.

*Rem ex amicitia ſenis gloriam ex facto ſingulari.

ACTVS V. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Per annuli, quem Pamphilus dederat Bacchidi, cognitionem, Philumena ab eo compreſſa oſtenditur.

Trochaici & Iambici, catalectici tetrametri.

PARMENO, BACCHIS.

AEDEPOL næ meam herus eſſe operam* deputat parui preti,
Qui ob rem nullã miſit: fruſtra vbi totũ deſedi (diem.
Myconium hoſpitem dum expecto in arce Callidemidem: (rat
Itaq; ineptus hodie dũ illi ſedeo, vt q ſq; veneAccedebam: adoleſcens, dic dum quæſo, es tu Myconius?
Nõ ſum. at Callidemides? non. hoſpitem ecquẽ Pamphilum
Hic habes? omnes negabant: neque enim quem quam eſſe arbitror. (dem
Deniq;, hercle iã pudebat: abij. ſed q d Bacchi-
A noſtro affine exeuntem video? quid huic hic eſt rei?
B. Parmeno opportunè te offers: properè curre ad Pamphilum.
P. Quid eò? B. dic me orare, vt veniat. P. ad te?
B. imò ad Philùmenam.

*Hoc à ſtomachāte dicitur ſeruo, tã quam ab hero ſit deluſus.

*reputat.

P. Quid rei eſt? B.* tua quod nihil refert, percon- *Prouerbiũ
tari deſinas. *in curioſos*
P. Nihil aliud dicam? B. etiam, cognoſſe annulũ *percõtatores.*
illum Myrrhinam
Gnatæ ſuæ fuiſſe, quem ipſus mihi olim dede- *Eclypſis.*
rat. P. ſcio.
Tantûmne eſt? B.* tantum: aderit continuo, * *Minimè e-*
hęc vbi ex te audiuerit. *quidem, quũ*
Sed ceſſas? P. *minimè equidem: nam hodie mi *ſi dicat, Cur-*
hi poteſtas haud data eſt: (diem. *rere nequeo.*
Ita curſãdo, atq; ambulãdo totum hũc cõtriui* *Hic reliq̃*
B.*Quantam obtuli aduentu meo lætitiã Pam *argumenti*
philo hodie? (ras? *partem Bac*
Quot cõmodas res attuli? quot aũt ademi cu- *chis ſola ſecũ*
Gnatum ei reſtituo, qui penè harum, ipſiusq; *memorat.*
opera perijt:
Vxorem, quam nunquam eſt ratus poſthac ſe
habiturum, reddo:
Qua re ſuſpectus ſuo patri, & Phidippo fuit,
exolui.
*Hic adeò his rebus annulus fuit initium in- **Annulus fa*
ueniundis. *bulæ nodum*
Nam memini, abhinc menſes decem ferè ad *ſoluit.*
me nocte prima
Confugere anhelantem domum, ſine comite,
vini plenum,
Cum hoc annulo. extimui illico. mi Pamphile
inquam amabo,
Quid exanimatus es obſecro? aut vnde annulũ
iſtum nactus?
Dic mihi: ille alias res agere ſe ſimulare. poſt-
quàm id video,
Neſcio quid ſuſpicarier magis cœpi, inſtare, vt
dicat.
Homo ſe fatet vi, in via neſcio quã cõpreſſiſſe:

Dicitque

Luctat, pro luctatur. Dicitq; ſeſe illi annulũ, dũ * luctat, detraxiſſe: Eum hæc cognouit Myrrhina in digito modò me habentem:

Ab annulo & narratione. Rogat, vnde ſit. narro omnia hæc: * inde eſt cognitio facta,

Philùmenam eſſe compreſſam ab eo, & filium inde hunc natum.

* *Concludit fabula narrationem.* * Hęc tot propter me gaudia illi cõtigiſſe lętor: Etſi hoc meretrices aliæ nolunt: neque enim eſt in rem noſtram,

Vt quiſquam amator nuptiis lætetur. verùm *Inducam.* æcaſtor

Nunquam animum quæſtus gratia ad malas * adducam parteis

Honeſta meretrix. *Ego dum illo licitum eſt, vſa ſum benigno, & lepido, & comi.

Incommodè mihi nuptijs euenit: factũ fateor,

At pol me feciſſe arbitror, ne id meritò mihi eueniret.

Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda æquum eſt ferre.

ACTVS V. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Pamphilus multo gaudio perfunditur ex cognitione annuli, quem olim dederat Bacchidi. Eiuſdem mirificè laudatur vxor.

Iambici tetrametri & trimetri, dimeter vnus, Trochaici aliquot.

PAMPHILVS, PARMENO, BACCHIS.

* *Quod miſerè cupit Pamphilus, tardius ob affectũ credere pot.* * VIDE mi Parmeno etiam ſodes, vt mihi hęc certa, & clara attuleris,

Ne me in breue hoc coniicias tempus, gaudio hoc falſo frui.

Par. Viſum eſt. Pam. certòn? Par. certè. Pam. De* ſum,

ſum, ſi hoc ita eſt. Pam. verùm reperies.
Pam. * Manedum ſodes: timeo ne aliud credã, atque aliud nunties. *Sic fit in rebus ſubitis.
Par. Maneo. Pam. * ſic te dixiſſe opinor, inueniſſe Myrrhinam, *Amphibologicòs ex affectu.
Bacchidem annulum ſuum habere. Par. factum
Pam. eum, quem olim ei dedi:
Eaque hoc re mihi nunciare iuſſit. itàne eſt factum? Par. ita inquam.
Pam. Quis me eſt fortunatior, venuſtatisque adeò plenior?
Egone te pro hoc nuntio quid donem? *quid? quid? neſcio. *Deliberantis eſt.
Parme. At ego ſcio. Pamph. quid? Parme. nihil enim:
Nam neque in nuntio, neque in me ipſo, tibi quid ſit boni, ſcio.
Pam. Egòne, qui ab Orco mortuum me reduce in lucem feceris,
Sinam ſine munere à me abire? ah nimium me ingratum putas.
Bacchidem eccam video ſtare ante oſtium:
Me expectat credo adibo. B. ſalue Pamphile.
Pam. O Bacchis, ò mea Bacchis, ſeruatrix mea.
B. Bene factum, & volupe eſt. Pam. * factis, vt credam, facis: *Laus Bacchidis.
Antiquamq; adeò tuam venuſtatem obtines,
Vt voluptati * obitus, ſermo, aduẽtus tuus, quocunque adueneris, *Obitus occurſus.
Semper ſiet. B. * at tu æcaſtor morem antiquum atque ingenium obtines, *Laus Pamphili.
Vt vnus hominum homo te viuat nnnquam quiſquam blandior
Pam. Ha, ha, hæ, tun' mihi iſtuc? Ba. rectè amaſti Pamphile vxorem tuam:

*Nam

** Æmula formam laudat.* * Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quod noſſem: videram:
Perliberalis viſa eſt. Pam. dic verum. Ba. ita me Dij ament Pamphile.
** Harum rerum, ſcilicet de conſuetudine noſtra.* Pam. Dic mihi, * harum rerum num quid dixti iam patri? B. nihil. Pam. neque opus eſt.
Adeò mutito. placet non fieri hoc itidem, vt in
** Quaſi hæc Comœdia nõ ſit. ſed veritas.* Comedijs,
Omnia omnes vbi reſciſcunt. hi, quos par fuerat reſciſcere,
Sciunt: quos non autem ſcire æquum eſt, neq; reſciſcunt, neque ſcient.
B. Imò etiam, hoc quì occultari poſſe faciliùs credas, dabo;
Myrrhina ita Phidippo dixit, iuriiurando meo
Se fidem habuiſſe, & propterea te ſibi purgatũ. Pam. optimè eſt:
Speroq; hanc rem eſſe euenturã nobis ex ſnĩa.
Par. Here, licètne me ſcire ex te, hodie quid ſit quod feci boni?
Aut quid iſtuc eſt, quod vos agitis? Pam. non licet. Par. tamen ſuſpicor.
Egòne hunc ab Orco mortuũ? quo pacto? Pam. neſcis Parmeno,
Quãtum hodie profueris mihi, & ex quanta ęrũna me extraxeris.
** Fabritius, nec.* Par. Imò verò ſcio, * neque * hoc imprudens feci. Pam. ego iſtuc ſatis ſcio.
** Hoc auget beneficij meritum,* Par. * An temere quidquam Parmenonem prætereat, quod facto vſus ſit?
** Iactantia ſeruilis.* Pam. Sequere me intrò Parmeno. Par. ſequor. equidem plus hodie boni
Feci imprudens, quàm ſciens ante hunc diem vnquam. plaudite.

HECYRAE FINIS.

ARGVMENTVM PHORMIONIS.

PROTASIS.

CVM Antipho abſente patre puellam quadā vnicè deperiret, nec poſſet ea potiri, niſi vxorē duceret (erat enim ciuis Attica) ſortè nuptiæ cōfectæ ſūt technis ſycophantæ cuiuſdā Phormionis. Is enim ex compoſito diem dicit Antiphoni: fingit puellam ei cognatam eſſe, neque quenquam aliū propiorem cui nubat. Facilè eſt vincere non repugnantem. ita legibus ducere cogitur Antipho.

EPITASIS.

Nō probatur auaro patri, vbi rediјt, factū: vt qui malebat filio opulentā aliquam, & dotatam obtrudere. Quare cū Phormione expoſtulat, cur ī has nuptias ſe abſente filiū coniecerit. Tādē paciſcitur ēt mercedē, minas triginta, ſi receperit ad ſeſe puellā. Ibi verò & Antipho in diſcrimen venit, ne per eā cōditionē ipſe vnicè carā & iucundā coniugem amitteret.

CATASTROPHE.

Intereà domum redit, & patruus Antiphonis: hic fidem facit puellam Antiphoni nuptā, ex ſe in Lemno ſuſceptam eſſe, vbi cum muliercula quadam conſueuerit: gaudetq; ita caſu cecidiſſe, ſi abſente, vt is duceret, quem maximè ipſe generū cuperet, & paulo antè ambibat. Ita fit, vt et Antipho retineat vxorem, & nuptiæ patri probentur.

Secunda Cataſtrophes pars.

Porrò trigita minæ quos ludos reddidere? Has extorſerat Phormio, q̄q̄ diſſimularet, dādas alteri adoleſcenti Phædriæ, qui citharistriam mercaretur: & iam

iam perierat pecunia: quàm cum repoſcunt ſenes, ſycophanta prodit Chremetem apud vxorem, & docet conſueſſe cum alia quadã peregrè, ſimulq́, impetrat vt Phædriæ id argentum condonetur: eſtq́, ridicula admodum cataſtrophes pars, vbi mulier maritum obiurgat, parum memorem fidei ſuæ.

PHORMIONIS PERSONAE.

PHORMIO, paraſitus.
DEMIPHO, ſenex.
ANTIPHO, adoleſcens.
GETA, ſeruus.
DORIO, leno.
CHREMES, ſenex.
PHAEDRIA, adoleſcens.
DAVVS, ſeruus.
SOPHRONA, nutrix.
NAVSISTRATA, matrona.
HEGIO, CRATINVS, CRITO, aduocati.

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

Iambici ſenarij.

CHREMETIS frater aberat peregre Demipho
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clàm habebat Lemni vxorem, & filiã,
Athenis aliam coniugem, & amantem vnicè
Gnatum fidicinam. mater è Lemno aduenit
Athenas: moritur: virgo ſola (aberat Chremes)
Funus procurat. ibi eam viſam Antipho
Cùm amaret, opera paraſiti vxorem accipit.
Pater & Chremes reuerſi fremere: dein minas
Triginta dant paraſito, vt illam coniugem
Haberet ipſe. argento hoc emitur fidicina.
Vxorem retinet Antipho à patruo agnitam.

TERENTII.

PHORMIO.

ACTA LVDIS ROMANIS, L. POSTHVMIO ALBINO, L. CORNELLIO MERVLA AEDILIB. CVRVLIB. EGERE L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATILIVS PRAENESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII, TIBIIS IMPARIB. TOTA GRAECA *APOLLODORV EPIDICAZOMENOS FACTA QVARTO, CN. FANNIO, M. VALERIO COSS. ANNO AB VRBE CONDITA D. XCIII.

*Diphili. Vide vict. Varia. lectionũ lib. 5. ca. 20. Et Nannij. Miſc. lib. 2.

PROLOGVS.

Iambici ſenarij.

P*OST QVAM poeta vetus, poetam non poteſt
Retrahere a ſtudio, & transdere hominem in otium,
Maledictis deterrere, ne ſcribat, parat:
Qui ita dictitat; quas antehac fecit fabulas,
*Tenui eſſe oratione, & ſcriptura leui,
*Quia nuſquã inſanum *ſcripſit adoleſcẽtulũ
Ceruam videre, fugere, ſectari canes.
Et eam plorare, orare vt ſubueniat ſibi.
Quòd ſi intelligeret, cùm ſtetit olim noua,
Actoris opera magis ſtetiſſe, quàm ſua:
Minus multò *audacter, q̃ nunc lędit, lęderet,
Et magis placerent, quas feciſſet fabulas.
Nunc ſi quis eſt qui hoc dicat, aut ſic cogitet:
*Vetus ſi poeta non laceſſiſſet prior,
Nullum inuenire prologum potuiſſet nouus
Quem diceret, niſi haberet, cui malediceret:

*Recriminatio.

*Accuſatio à ſtylo leui.

*Accuſatorem, accuſatus, accuſat.

*ſetis.

*Audaciter quàm lędit.

*Occupatio excuſat neceſſitatem.

Is ſibi

Is ſibi reſponſum hoc habeat, in medio oîbus
Palmã eſſe poſitam, qui artem tractãt muſicã.
Ille ad famem hunc a ſtudio ſtuduit reijcere.
Hic reſpondere voluit, non laceſſere.
Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene:
Qđ ab ipſo allatũ eſt ſibi eſſe id relatũ putet.
De illo iam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi cùm ipſe de ſe finem non facit.
Nũc quid velim, aĩum attẽdite. apporto nouã
* Epidicazomenon quam vocant Comœdiam
Græci, Latini * Phormionem nominant,
Quia primas parteis qui aget, is erit Phormio
Paraſitus, per quem res *agetur maximè.
Voluntas veſtra ſi ad poetam acceſſerit,
Date operã, adeſte æquo animo per ſilentium,
Ne ſimili vtamur fortuna, atque vſi ſumus,
Cùm per tumultũ noſter grex motus loco eſt:
*Quem actoris virtus nobis reſtituit locum,
Bonitasq; veſtra adiutans, atq; æquanimitas.

ACTVS I. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Dauus exiens dicit afferre ſe quam debet Getæ pecuniam: & hac perſona extra argumentum inducitur, cui rem geſtam narraturus eſt Geta.

Iambici ſenarij.

DAVVS.

*AMICVS ſummus meus, *& popularis Geta
Heri ad me venit: erat ei de ratiuncula
Iampridem apud me reliquum pauxillulùm
Numorum: id vt conficerem. confeci: affero.
Nam herilem filium eius duxiſſe audio
Vxorem: ei credo munus hoc corraditur.
QVAM iniquè comparatum eſt, hi qui minus habent,
Vt ſemper aliquid addant diuitioribus.

** Epidicazomenos, agens de poſſeſſione rei, ſeu vindiciarum. Epidicaſia, lis vindiciarũ. * Phormion, tegiculũ, quo pauimentum inſternitur. inde Phormio, ſeruile nomen. * geretur. * Per hoc apparet Hecyram ante Phormionem actam. * Dauus hic protatica pſona eſt, nihil ad argumentum Comœdiæ ſpectãs. * Popularis. quaſi συμπατριώτην hoc eſt, unius patriæ. Nannius Miſcil. lib. 2.*

Quod

Quod ille unciatim vix demenſo ſuo,
Suum defraudans genium, comparſit miſer,
*Id illa uniuerſum abripiet, haud exiſtimans,
Quanto labore partum. porrò autem Geta
*Ferietur alio munere, vbi hera pepererit:
Porrò alio autem. vbi erit puero natalis dies,
Vbi initiabunt, omne hoc mater auferet:
Puer cauſa erit mittundi. ſed videon' Getam?

ACTVS I. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Geta narrat, quò ſint profecti ſenes Demipho & Chremes: qua occaſione cœperit amare Demiphonis filius Antipho.

Iambici trimetri.

GETA, DAVVS.

*Si quis me quæret rufus. DA. præſto eſt, deſine. G. oh,
At ego obuiã conabar tibi Daue. D accipe, hẽ:
Lectum eſt, cõueniet numerus, quantũ debui.
G. Amo te, & non neglexiſſe, habeo gratiam.
D. præſertim vt nũc ſunt mores, adeò res redit
*Si quis quid reddit, magna habẽda eſt gratia.
Sed quid tu es triſtis? G. egone? neſcis quo in metu, &
Quãto in periclo ſimus. D. qd iſtuc eſt? G. ſcies,
Modò vt tacere poſſis. D. abi abi ſis inſciens.
*Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris,
Verere verba ei credere? vbi qd mihi lucri eſt
Te fallere? G. ergo auſculta. D. hanc operam tibi dico.
G. *Senis noſtri Daue fratrẽ maiorem Chremẽ
Noſtin'? D. quid ni? G. qd? eius gnatũ Phædriã?
C. Tanquã te. G. euenit ſenibus ambobus ſimul
Iter, illi in Lemnũ vt eſſet, noſtro in ciliciã;
Ad hoſpitem antiquum; is ſenẽ per *epiſtolas

** Incommoda ab vxore.*

**Feritur munere, non qui recepit, ſed qui dat, præſertim inuitus.*

**Dauus protatica perſona. cui Geta exponit occaſionem fabulæ.*

**Gemina perturbatio à cupitis.*

**Argumentum à maiore.*

**Mira narrationis compendium per interrogationem.*

**Antiq. liber, epiſtolas. O & V vocales inter ſe cõmutari ſolitas Verrius annotauit.*

Pellexit, modò non montes auri pollicens.
D. Cui tanta erat res, & ſupererat? G. deſinas:
Sic eſt ingenium. D. oh, regē me eſſe oportuit.
G. Abeuntes ambo hinc tūm ſenes, me filiis
Relinquunt quaſi magiſtrū. D. ò Geta prouinciā
Cepiſti duram. G. mihi vſu venit, hoc ſcio:
Memini relinqui me, Deo irato meo.
Cœpi aduerſari primo. quid verbis opus eſt?
Seni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi.
D. Venere in mentē iſthęc mihi. nā q̄ inſcitia ē?
*Aduerſum ſtimulū calces? G. cœpi his omnia
Facere, obſequi quæ vellent. D. ſciſti vti foro.
G. Noſter mali nihil quidq̄ primò: hic Phędria
Continuò quandam nactus eſt *puellulam
Cithariſtriam: hanc amare cœpit *perditè.
Ea ſeruiebat lenoni impuriſſimo:
Neq;, quod daretur quidquā, id curarāt patres.
Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere.
Sectari, in ludum ducere, & reducere:
Nos otioſi operam dabamus Phædriæ.
In quo hęc diſcebat ludo, ex aduerſum *ei loco
Tonſtrina erat quædam: hic ſolebamus ferè
Plerunq; eam operiri, dum inde iret domum.
Intereà dum ſedemus *illi, interuenit
Adoleſcens quidam lacrumans: nos mirarier.
Rogamꝰ quid ſit nūquā ęquè, inquit, ac modò
Paupertas mihi onꝰ viſū eſt, & miſerū, & graue
Modò quandam vidi virginem hic viciniæ
*Miſeram, ſuam matrem lamētari mortuam,
Ea ſita erat ex aduerſo: neque illi beneuolens,
*Neq; notus, neq; *cognatꝰ, extra vnā aniculā,
Quiſquam aderat, qui adiutaret funus. miſeri-
tum eſt.
*Virgo ipſa, facie egregia: quid verbis opꝰ eſt?
Commorat omnes nos ibi continuò Antipho,
Vol-

*Prouerbia quàm maximè inter ſe diuerſa.
*Puellulam ab ætate. citharistriam, ab arte laudat.
*perditus.
*Illico.
*Illi, pro ibi. Donatus. Sic ſuprà. Adel. Act. 2. Sc. 2. Ego illi maxumam partem feram.
*Miſeram, ob affectum ſcilicet.
*Auxeſis, nã res minuuntur, ſentētia augetur.
*Vicinus.
*Laus à forma.
Occaſio, qua Antipho amare cœpit.

Volti ne eamus viſere?alius,cenſeo:
Eamus:duc nos ſodes:imus.venimus,
Videmus:virgo pulchra & quo magis diceres,
Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem:
Capillus paſſus,nudus pes ipſa horrida
Lachrumis,veſtitus turpis·*vt,ni vis boni
In ipſa ineſſet forma,hæc formã extinguerent.
Ille,qui illam amabat ſidicinã,tantummodò,
Satis,inquit,*ſcita:noſter verò.D.iam ſcio:
Amare cœpit.G.ſcin quàm? quò euadat, vide:
Poſtridie ad anum rectà pergit:obſecrat,
Vt ſibi eius faciat copiam.illa enim ſe negat.
*Neq; eũ æquum ait facere:illã ciuẽ eſſe Atticã
Bonam,bonis prognatam;ſi vxorem velit,
Lege id licere facere:ſin aliter negat.
Noſter quid ageret,*neſcire:& illam ducere
Cupiebat,& metuebat abſentem patrem.
D.Non,ſi rediiſſet pater ei,veniam daret?
G.*illene indotatam virginem,atq; ignobilem
Daret illi?nũquàm faceret.D. quid fit deniq;?
G.Quid fiat?eſt paraſitus quidam Phormio,
Homo confidens:*qui illũ Dii omnes ꝑduint.
D.Quid is fecit?G.hoc cõſiliũ,quod dicã dedit.
*Lex eſt,vt orbæ,qui ſunt genere proximi,
His nubant,& illos ducere eadẽ hæc lex iubet.
*Ego te cognatũ dicam,& tibi * ſcribam dicã:
Paternum amicum me aſſimulabo virginis:
Ad iudices veniemus:qui fuerit pater.
Quę mater,*qui cognata tibi ſit,omnia hæc
Confingã:quod erit mihi bonũ, atq; cõmodũ.
Cùm tu horum nihil refelles, vincam ſcilicet.
Pater aderit:mihi paratę lites.quid mea?
Illa quidem noſtra erit.D. iocularem audaciã.
G.*Perſuaſit homini: factum eſt: ventum eſt.
vincimur:

Mira genuina forma deſcriptio.
**Scita, ideſt, bella, modeſta.*
**Laus à loco, à perſona, à maioribus.*
**Neſcire, id eſt, neſciebat.*
**Alia cauſa litu futura.*
**Qui ꝓ vti nã. Vide Donati cõment.*
**Attica lex.*
**Phormionis fictum cõſilium.*
**Id eſt, litẽ intẽdam, diẽ dicam, in ius vocabo.*
**Qui, quomodo, qua ratione, unde.*
**Gradus.*

Duxit. D. qđ narras. G. hoc, qđ audis D. ò Geta,
Quid te futurũ ẽ? G. neſcio hercle: vnũ hoc ſcio:

** Sententia moralis.*

**placet:*

**Hẽ aliÿ exeludunt.*

*Quod Fors fecet. feremus æquo aĩo. D. placet:
*Hem iſtuc viri eſt officium. G. *in me omnis
ſpes mihi eſt.
D. Laudo. G. *ad prçcatoré abeá credo, qui mihi
Sic oret: nunc amitte quæſo hunc. cçterum‿.

** Conſolatio laudatoria.*

Poſthac ſi quidquam, nihil precor. tantúmodo
Non adas: vbi ego hinc abiero, vel occidito.

**Oratio præcatoris ad dominum mittendi.*

D. Quid ille pædagogus, qui citharistriam‿?
Quid rei gerit? G. ſic tenuiter. D. nó multú habet
Quod det fortaſſe. G. imò nihil, niſi ſpem merá
D. Pater eius rediit, an non? G. nődum. D. quid?
ſenem‿

** Vrbaniter de Phædria inquirit.*

Quoad expectatis veſtrum? G. non certum ſcio:
Sed epiſtolam ab eo allatam eſſe audiui modò,

**Preparatio inopinati aduentus ſenis.*

Et ad portitores eſſe delatam: hanc petam‿.
D. Nũquid Geta aliud me vis? G. vt bene ſit tibi.
Puer heus. nemon' huc prodit? cape, da hoc
Dorcio.

ACTVS I. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Contendunt inter ſe adoleſcentes, vter eorum magis ſit miſer. Vnde tota hæc ſcena verſatur in genere cauſæ demonſtratiuo.

Trochaici & Iãbici octonarÿ, & dimeter vnus.

**Querela adoleſcentis cõtinens protaſim, & peccati expoſitionem.*

ANTIPHO, PHEDRIA,

*A DEON' rem rediſſe, vt qui mihi conſultũ
optimè velit eſſe‿
Phædria, patrem vt extimeſcam, vbi in mentẽ
eius aduenti venit?
Quod ni fuiſſem incogitans, ita eum expectarem, vt par fuit.

**Antipho timidus, Phædria audax.*

P. Quid iſtuc eſt? A. rògitas, qui tam audacis facinoris mihi conſcius ſis?

Quod vtinam ne Phormioni id ſuadere in mẽtem incidiſſet,

*Neu me cupidum eò compuliſſet, quod mihi principium eſt mali. *Formidantis querela.*

*Non potius eſſem: fuiſſet tũ mihi illos ægrè aliquot dies: *Amoris cruciatus.*

At non quotidiana cura hęc angeret animum.

P. audio.

ANT. Dum expecto quàm mox veniat qui adimat mihi conſuetudinem.

PH. Aliis, quia deſit quod amant, ęgrè eſt: tibi, quia ſupereſt, dolet.

Amore abundas Antipho.

Nam tua quidem hercle certè vita hæc expetenda, optandaq; eſt.

*Ita me Dii bene ament, vt mihi liceat tamdiu quod amo frui, *Vide amantis veſaniã.*

Iam *depeciſci mortẽ cupio, tu coniicito cætera *depaciſci.*

Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex iſtac copia:

Vt ne addam, quòd ſine ſumptu ingenuam, liberalem nactus es:

Quod habes, ita vt voluiſti, *vxorem ſine mala fama: palàm *A fama.*

Beatus, ni vnum hoc deſit, animus qui modeſtè iſthæc ferat.

Et ſi tibi res cũ eo ſit, quocum mihi eſt, tũ ſentias.

*Ita pleriq; ingenio ſumus omnes, noſtri noſmet pœnitet. *Adagium.*

A. *At tu mihi contra nunc videre fortunatus Phædria, *Felicem dicit eò, quòd non amet nuptam.*

Cui de integro eſt poteſtas etiam conſulendi, quid velis,

Retinere, amare, immittere: ego in eum incidi infelix locum,

Vt neque mihi eius ſit amittundi, nec retinendi copia.

Sed quid hoc eſt? videone ego Getam currentẽ aduenire huc?

Is eſt ipſus: *hei timeo miſer, quam hic mihi nunc nuntiet rem.

**Sẽper enim metuit nimium praſaga mali mẽs.*

ACTVS I. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Geta Antiphoni affert è Cilicia rediiſſe patrem quo nuntio tantus inijcitur metus male ſibi conſcio adoleſcenti, vt ſubducat illico ſeſe.

Trochaici & Iambici quadrati, Iambici ſenarij, dimeter vnus, & monometer hypercatalecticus.

**Protaſis, et conſultatio quomodo placent ſenem.*

GETA, ANTHIPHO, PHAEDRIA.

*NVLLVS es Geta, niſi aliquod iam tibi conſilium celerè repereris:

Ita nunc imparatum ſubitò tanta * te impendent mala:

**Te, ꝓ tibi. vel ἀναστροφὴ pro in te.*

Quę neque vti deuitem ſcio; neque quomodo me inde extraham:

*Nam non poteſt celari *noſtra diutius iam audacia:

**Bemb. mutato verſuũ ordine legit, Quæ ſi, Nam non.*

Quæ ſi non aſtu prouidentur, me, aut herũ peſſundabunt.

**Quod, Antiphonem ſcilicet. duxiſſe vxorem.*

A. Quidnam ille commotus venit? G. tum temporis punctum mihi

Ad hãc rẽ eſt. herus adeſt. A. quid iſtuc eſt mali?

G. Quod cùm audierit, quod eius remedium inueniam iracundiæ.

Loquarne? incendam. taceam? inſtigem. purgẽ me? laterem lauem.

**Laterẽ lauare q̃d ſit, pulchrè explicat. Nan. Miſc. lib. 2.*

*Eheu me miſerum: cum mihi paueo, tum Antipho me excruciat animi:

**Exclamatio ſtupentis.*

Eius me miſeret. ei nunc timeo: is nunc me retinet: nam abſque eo eſſet,

Rectè ego mihi vidiſſem, & ſenis eſſem vltus iracundiam.

Aliquid* conuaſaſſem, atque hinc me conijcerem protinus in pedes.

A. Quam hic fugam, aut furtum parat?

G. *Sed vbi Antiphonem reperiã? aut qua quęrere inſiſtam via?

P. te nominat. A. neſcio quod magnum hoc nũtio expecto malum.

P. Ah, ſanuſne es? G. domum ire pergam, ibi plũrimũm eſt. P. reuocemus

Hominem. A. ſta illico. G. heme

Satis pro imperio, quiſquis es. AN. Geta. G. ipſe eſt, quem volui obuiam.

A. *Cedo, quid portas, obſecro? atq; id, ſi potes, verbo expedi.

G. Faciam. A. eloquere. G. modò apud portũ. A. meumne? G. intellexti. A. occidi. *G. hem.

A. Quid agam? PH. quid ais? G. huius patrem vidiſſe me, patruum tuum.

A. Nam quod ego huic nũc ſubitò exitio remedium inueniam miſer?

Quòd ſi eò meę fortunę redeũt, *Phanium, abs te vt diſtrahar,

Nulla eſt mihi vita expetenda. G. ergo iſthęc cùm ita ſint Antipho,

Tantò magis te aduigilare æquum eſt: * FORTEIS FORTVNA ADIVVAT.

A. Non ſum apud me. G. atqui opus eſt nunc, cum maximè, vt ſis Antipho:

*Nã ſi ſenſerit te timidũ pater eſſe, arbitrabitur

Commeruiſſe culpam. P. hoc verum eſt. A. non poſſum immutarier.

G. Quid faceres, ſi aliud quid grauius tibi nũc faciundum foret?

*Conuaſaſſe, id eſt comportaſſem, aut collegiſſe furtim.

*Verba deliberantis.

*Affectum timentis.

*T.

*Apoſtrophe amatoria.

*Sententia. Virg. 10. Aene. Audaces fortuna iuuat.

*Culpa ſuſpicio ex timore.

A.*Cùm hoc nō poſſum, illud minùs poſſem.
GI.hoc nihil*eſt Phædria:ilicet.
*Quid cōterimus operā fruſtra?quin*abeam?
P.& quidem ego.A.obſecro.
Quid ſi aſſimulabo?ſatin'eſt?gratis. A.*voltū
contemplamini.hem,
*Satin'ſic eſt?G.non.A.quid ſi ſic?G.propemo
dùm.A.quid ſi ſic?G.ſat eſt:
Hem iſtuc ſerua, & verbum verbo, par pari vt
reſpondeas,
Ne te iratus ſuis ſæuis dictis protelet.A.ſcio.
G.*Vi coactū te eſſe inuitū,lege,iudico. tenes?
Sed quis hic eſt ſenex,quē video in vltima pla-
tea?A.ipſus eſt.
Non poſſum adeſſe. G.ah quid agis? quò abis
Antipho?mane,
Mane inquam.AN.*egomet me noui,& pecca-
tum meum:
*Vobis commendo Phanium, & vitam meam.
P.Geta,quid nunc fiet?G.tu iam lites audies:
Ego plectar pendens,niſi quid me fefellerit.
Sed quod modò hic nos Antiphonē nouimus,
Id noſmetipſos facere oportet Phędria.
P.*Aufer mihi oportet. quin tu,quod faciam,
impera.
G.Meminiſtin'olim vti fuerit veſtra oratio
In re incipiunda an defendendam noxiam?
Iuſtam illam cauſam,facilē,vincibilē,optumā.
P.Memini.G.*hē nūc ipſa eſt opꝰ,aut,ſi qd po-
Meliore,& callidiore.P.fiet ſedulò. (te,
G.Nunc prior adito tu:ego in inſidiis hic ero
Succenturiatus;ſi quid deficies.P.age.

ACTVS II. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Filium Antiphonē ſe abſente vxorē duxiſſe ad-

modum

**Dialectica illatio à minore.*
**Bemb. eſt ò.*
**Quid hic.*
**abeo?*
**Expreſſio ſimulantis audaciam.*
**Hæc in geſtu cōſiſtunt.*
**Breuiter totam defenſionem præſcribit.*
**Conſcientiæ ſtimulus.*
**Amatoriè prius Phanium, quàm ſe cōmendat.*
**Ad omnia ſe paratū indicat.*
**Quia nunc prælium erit, tunc prælusio fuit.*

modum agrè fert Demipho: à Phædria ille & Geta ſeruo defenditur. Ad poſtremum Demipho conuenire Phormionem conſtituit, vt iniuriam cum eo expoſtulet, quæ ducendæ puellæ auctor fuerit.

Iambici octonarij, & ſenarij.

DEMIPHO, GETA, PHAEDRIA.

*ITANE tandem vxorem duxit Antipho iniuſſu meo?
Nec meum imperium: agè, mitto imperium: non ſimultatem meam
Reuereri ſaltem? non pudere? ò facinus audax, ò Geta
Monitor. GE. vix tandem. D. quid mihi dicent? aut quam cauſam reperient?
Demiror. G. atqui reperi iam: aliud cura. DE.* anne hoc dicent mihi?
Inuitꝰ feci: lex coegit. audio, & fateor. G. places.
D.*verùm ſcientem, tacitum, cauſam tradere aduerſariis,
Etiamne id lex coegit? PH. illud durũ. G. ego expediam: ſine.
D. Incertum eſt, quid agam, quia præter ſpem, atque incredibile hoc mihi obtigit.
*Ita ſum iritatus, animum vt nequeam ad cogitandum inſtituere.
*QVAM OB REM OMNEIS, cùm ſecũdæ res ſunt maximè, tum maximè
Meditari ſecum oportet, quo pacto aduerſam ærumnam ferant.
Pericla, damna, exilia peregrè rediens ſemper cogites.
Aut filii peccatum, aut vxoris mortẽ, aut morbum filiæ:
*Communia eſſe hęc: fieri poſſe, vt ne quid animo ſit nouum.

**Turbæ gliſcunt. pater enim adueniens queritur de filij peccato.*

** Vinci poteſt, qui partem defenſionis admittit.*

** Præparatio futuræ defenſionis.*

**Amplificat querelam.*

**Gnome. Syncerum inſtitutum.*

**Communia. id eſt, ex rerũ vſu. Iam ſeme fracta ſenis ira.*

Quid

Quidquid præter ſpem eueniat, omne id deputare eſſe in lucro.

GE. O Phædria, incredibile eſt, quantò herū ante eo ſapientia,

*Facetum. *Meditata mihi ſunt omnia mea incommoda: herus ſi redierit,

*Seruorum ſupplicia. *Molendum vſq; in piſtrino: vapulandum, habendæ compedes:

Opus ruri faciūdum: horum nihil quidquam accidet animo nouum.

*Irriſoria huius dicti reſumptio. *Quidquid præter ſpem eueniet, omne id deputabo eſſe in lucro;

Sed quid ceſſas hominem adire, & blandè in principio alloqui?

Mitia verba ſenis de Phædria. D. Phædriam mei fratris video filiū mihi ire obuiam.

P. Mi patrue ſalue. D. ſalue. ſed vbi eſt Antipho,

Denuo ſalutat, vt interim miteſcat P. Saluū *aduenire. D. credo: hoc reſpōde mihi,

P. Valet: hic eſt. ſed ſatin' omnia ex ſententia?

D. Vellē quidē. P. quid iſtuc? D. rogitas Phędria?

*Venire. Bonas me abſente hic confeciſtis nuptias.

Exclamatio ironica. PH. Ehò, an tu id ſubcenſes nunc illi? G. ò artificem probum.

*Emphaticè. D.*Egone illi non ſubcenſeā? ipſum geſtio dari

Mihi in conſpectum, nunc ſua culpa vt ſciat

Lenem patrem illum factum me eſſe acerrimū.

*Summa cōtraditionis. P.*Atqui nihil fecit patrue, quòd ſubcenſeas.

*Vir. 2. Æn. Et crimine ab vno diſce omnia. D.*Ecce autē ſimilia omnia: omnes cōgruunt:

Vnum cognoris, omnes noris. P. haud ita eſt.

D. Hic ī noxia eſt, ille ad defendēdā cauſā adeſt:

Cū ille eſt, hic pręſto eſt: tradūt operas mutuas

G. Probè eorū facta imprudens depinxit ſenex,

*Seruius legit pro ino. D. Nam ni hæc ita eſſent, *cum illo haud ſtares Phædria.

P. Si eſt patrue, culpā vt Antihpo ī ſe admiſerit,

Ex

Ex qua re minus rei foret,aut famæ temperás:
*Nô cauſâ dico,quin,quod meritus*eſt,ferat. *Rethoricũ theorema
Sed ſi quis fortè malitia fretus ſua, *ſit.
Inſidias noſtræ fecit adoleſcentiæ,
Ac vicit:*noſtrane ea culpa eſt,an iudicum, *In accuſatorem, & indices.
Qui ſępe propter inuidiam adimunt diuiti,
Aut propter miſericordiam addunt pauperi?
G.Ni noſſem cauſam,crederé verá hunc loqui.
D.An quiſquam iudex,qui poſſit noſcere
*Tua iuſta, vbi tute verbum non reſpondeas, δίκαια pro iure,
Ita vt ille fecit?P.*functus adoleſcentuli eſt
Officium liberalis:poſtquàm ad iudices *Tranſlatio cauſa.
Ventum eſt,non potuit cogitata proloqui:
Ita eum tum timidum ibi obſtupefecit pudor.
G.*Laudo hunc. ſed ceſſo adire quàm primùm *Geta Phadriã laudat.
ſenem?
Here ſalue.ſaluum te aduenisse gaudeo D.oh,
*Bone cuſtos ſalue:columen verò familiæ. *Ironia.
Cui commendaui filium hinc abiens meum.
G.*Iamdudum te omnes nos accuſare audio *Duplex accuſatio.
Immeritò, & me omniũ horũ immeritiſſimò.
Nam quid me in hac re facere voluiſti tibi?
*Seruum hominem cauſam orare leges non ſinunt: *Exceptio ſui in cauſa agenda.
Neque teſtimonii dictio eſt.D.mitto omnia:
Adde iſtuc.imprudens timuit adoleſcens.ſino:
*Tu ſeruus:verum ſi cognata eſt maximè, *Singula ita proferenda, tãquam plura ſint.
Non fuit neceſſe habere,ſed,id quod lex iubet,
Dotem daretis,quæreret alium virum.
Qua ratione inopem potiùs ducebat domum?
G.*Nô ratio,verùm argentũ deerat.D.ſumeret *Expedita reſponſio.
Alicunde.G.alicunde?nihil eſt dictu facilius.
D.*Poſtremò, ſi nullo alio pacto,fœnore. *Eclipſis.
G.Hui,dixti pulcrè; ſi quidẽ quiſquã crederet
Te viuo.D.non,non ſic futurum eſt,nô poteſt.

Egone illam cum illo vt patiar nuptā vnū diē?
Nihil ſuaue meritū eſt. hominē cōmonſtrarier
Mihi* iſtū volo, aut, vbi habitet, demōſtrarier.
G. Nempe Phormionem? D. iſtum patronū mulieris,
G. Iam faxo hic aderit. D. Antipho vbi nunc eſt?
PH. foris
DE. *Abi Phædria, eum require. atque adduce huc. P. eô.
Recta via equidem illuc. G. nempe ad Pamphilā
D. At ego Deos Penates hinc ſalutatum domū
Deuortar: inde ibo ad forū, atq; aliquot mihi
*Amicos aduocabo, ad hanc rem qui adſient
Vt ne imparatus ſim, cùm adueniat Phormio.

**Iſtum, per intemptum.*
**Simplex eſt ſenex, q Phædriam mittit.*
**Amicos, id eſt, aduocatos, et teſteis.*

ACTVS II. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Adducitur Phormio, vt factum defendat, qui hic ſe inſtruit cum ſene litigaturus.

Trochaici tetrametri catalectici.

PHORMIO, GETA.

*ITANE patris ais conſpectum veritum hinc abiiſſe? G. admodū—
PH. Phanium relictam ſolam? G ſic. P. & iratum ſenem—?
GE. Oppidò. P. ad te ſumma ſolum Phormio rerum redit:
*Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedendū: accingere—.
GE. Obſecro te PH. ſi rogitabit. GE. in te ſpes eſt.
PH. *ecere—,
Quid ſi reddet? G. tu impuliſti. P. ſic opinor. GE. ſubueni.
P. Cedò ſenem: iam inſtructa ſunt mihi corde conſilia omnia.

**Accerſitur Phormio, vt defendat factum,*
**Pulcra reſpōdendi varietas.*
**Hoc facit ad falaciā.*
**ecere.*
**Iactantia de conſilijs repertis.*

G. Quid ages? P. * quid vis? niſi vt maneat Phanium, atque ex crimine hoc
Anthiphonem eripiam, atque in me omnem iram deriuem ſenis?
G. O vir fortis, atq; amicus: verũ hoc ſępè Phormio
Vereor, ne iſthæc fortitudo * in neruum erumpat deniq;. P. ah,
Nõ ita eſt: factum * eſt periculum, iam * pedum viſa eſt via.
Quot me cenſes homines iam deuerberaſſe vſque ad necem?
Hoſpites? tũ ciues; quò magis noui, tãtò ſepius.
Cedò dum, en vnquam iniuriarum audiſti mihi ſcriptam dicam?
G. Qui iſtuc. P. * quia NON RETE ACCIPITRI tenditur neque miluio
Qui male faciunt nobis: illis, qui nihil faciunt tenditur:
Quia enim in illis fructus eſt, in illis opera luditur.
* Aliis aliunde eſt periclum, vnde aliqui abradi poteſt:
Mihi ſciunt nihil eſſe dices, ducent damnatũ domum.
Alere nolunt hominem? edacem: & ſapiunt, mea ſententia,
Pro maleficio ſi beneficium ſummum nolunt reddere.
GE. Non poteſt ſatis promerito ab illo tibi referri gratia.
PH. * Imò enim nemo ſatis pro meritò gratiã regi refert.
Tene a ſymbolum venire vnctum, atque lautũ è balneis,

* *Tria promittit, quibus tota Antiphonis cauſa conſtituitur.*
* *Prouerbiũ à ſagittarijs natum.*
* *Adagium. Metaphoricos omnino, et ſcuriliter.*
* *Allegoricè, et triuialiter.*
* *Diuites periclitantur.*
* *Facetè edacẽ ſa. vocat.*
* *Summa paraſitorum felicitas cibus.*

Otioſum ab animo, cùm ille & cura, ſumptu adſumitur,
Dū tibi ſit quod placeat: ille ringitur, tu rideas
Prior bibas? prior decumbas: cœna dubia apponitur?
Prouerbiū ſuum ipſe exponit. G. Quid iſtuc verbi eſt? PH. * vbi tu dubites, q̃d ſumas potiſſimū m.
Hæc, quum rationem ineas, quàm ſint ſuauia, & quàm cara ſint,
Ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præſentem Deum?
G. Senex adeſt: vide quid agas: prima coitio eſt acerrima: (cet,
Si eā ſuſtinueris, poſt illa iā, vt lubet, ludas li-

ACTVS II. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Hæc ſcena concertationē habet Demiphonis, & paraſiti. Clam patre vxorem duxerat Antipho: domū reuerſus pater illā vult eijcere: cōtradicit Phormio.
Iambici ſenarij.

DEMIPHO, GETA, PHORMIO.

Concertatio Phormionis, & Demiphonis. *En, vnquam cuiquam in contumelioſius
Audiſtis factam iniuriam, quàm hæc eſt mihi?
Adeſte quæſo. G. iratus eſt. P. quin tu hoc ages:
Iam ego hūc agitabo. * pro Deum immortaliū,
Exclamatio per congeminationem mira vehementia. Negat Phanium eſſe hanc ſibi cognatam Demipho?
Hanc Demipho negat eſſe cognatam? G. negat.
P. Neq; eius patrē ſe ſcire, qui fuerit? G. negat.
D. Ipſum eſſe opinor, de quo agebā. ſequimini.
P. Nec Stilbonē ipſum ſcire, q̃ fuerit? G. negat.
Conqueſtio ad coronam ſpectatorum. P. *Quia egēs relicta eſt miſera, ignorat parēs,
Negligitur ipſa: vide, auaritia quid facit.
G. Si herum inſimulabis *auaritię, malè audies.
Malitia. D. O audaciā, etiamne vltro accuſatū aduenit.

P. *Nam

P. *Nam iá adoleſcéti nihil eſt quòd ſubceſeã; *Veterator Callidus hæc omnia fingit
Si illum minùs norat: quippe homo iá grãdior
Pauper, cui opera vitá erat, ruri fere
Se continebat: ibi agrum de noſtro patre
Colendum habebat: ſæpè intereà mihi ſenex
Narrabat ſe hunc negligere cognatum ſuum,
At quem virum? quẽ ego viderim in vita optumum.

G. *Videas te, atque illum, vt narras. P. in malam crucem: *Amphibologia.
Nam vi ita eum exiſtimaſſem, nunquam tam graues
Ob hanc inimicitias caperé in noſtrã familiã,
*Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter. * Quam. ſ. puellam.

G. Pergin' hero abſenti malè loq impuriſſime?
P. Dignum autem hòc illo eſt. G. *ain' tandem carcer? D. Geta. * Cõtumelia in paraſitũ.
G Bonorum extortor, legum contortor. D. Geta. *Callida Getæ diſſimulatio.
P. Reſponde. G. *quis homo eſt? ehem. D. tace. G. abſenti tibi
Te indignas, ſeque dignas contumelias
Nunquam ceſſauit dicere hodie. D. ohe deſine.
Adoleſcés, primũ abs te hoc bona venia expeto
Si tibi placere potis eſt, mihi vt reſpondeas:
Quem amicũ tuũ ais fuiſſe iſtũ, explana mihi,
Et qui cognatum me ſibi eſſe diceret.

P. Proinde expiſcare, quaſi non noſſes. D. noſſem? P. ita.
D. *Ego me nego. tu, q, ais, redige in memoriã, *Vulgaris diſceptatio.
P. Eho, tu ſobrinum tuum non noras? D. negas:
Dic nomé. P. nomé? maxumè. D. quid nũc taces? * Falſi nominis non meminit.
P. *Perij hercle, nomen perdidi. DE. hem, quid ais? P. Geta,
Si meminiſti id, quod olim dictũ é, ſubiice hé, ſubijcere, admonere.
Non dico: qua non notis, tentatum aduenis.

D. Egon'

So. Hem, iſtoc pol nos te hic inuenire miſeræ nunquàm potuimus.

C. *Ehò dic mihi, quid tibi rei eſt cum familia hac vnde exis? *Solicitè de ſuis inquirit.*

Aut vbi illæ ſunt? s. miſeram me. Ch. hem, quid eſt? viuuntne? s. viuit gnata.

*Matrem ipſam ex ægritudine miſeram mors confecuta eſt. *Mors vxoris. Modeſtè pronũtiáda.*

C. Malè factum. s. ego autem quæ eſſem anus deſerta, egens, ignota,

Vt potui nuptũ virginẽ locaui huic adoleſcẽti,

Harum qui eſt dominus ædium. Ch. Antiphonine inquam? s. hem, iſti ipſi.

C. Quid? duaſne is vxores habet? s. *Hau obſecro vnam ille quidem hanc ſolam. *Hau faſtidientis.*

C. Quid illa altera, quæ dicitur cognata? s. hæc ergo eſt. c. quid ais?

So. Cõpoſito eſt factum, quo modo hanc amans habere poſſet

Sine dote. c *Dij voſtram fidem. quàm ſæpè forte temerè *Exclamatio gaudẽtis.*

Eueniunt, quæ non audeas optare offendi adueniens.

Quicum volebam, atque vt volebam, collocatã filiam.

Quod nos ambo opere maximo dabamus, vt fieret, operam,

Sine noſtra cura, maxima ſua cura, *hæc ſola fecit. *Hac, Sophrona, ſcilicet.*

S. Nunc quid facto eſt opus, vide: *pater adoleſcentis venit, *Pater, Demipho ſcilicet.*

Eumque animo iniquo hoc oppidò ferre aiũt. c. nihil pericli eſt.

*Sed per Deos, atque homines, meam eſſe hanc caue reſciſcat quiſquam. *Adiurat, vt celet.*

S. Nemo ex me ſcibit. Ch. ſequere me: cętera in-tus audies.

ACTVS V. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Demipho ſe ipſum excuſat, & dum auaritiæ maculam ſtudet effugere, in ſtultitiæ reprehenſionem inciderit. Dolet enim, Phormioni datum eſſe argentũ.

Iambici tetrametri catalectici.

DEMIPHO, GETA.

Nostrapte culpa facimus, vt malos expediat eſſe.
Dum nimium dici nos bonos ſtudemus, & benignos
Ita fugias, ne præter caſam, quod aiunt. nónne id ſat erat
Accipere ab illo iniuriam? etiam argentum eſt vltro obiectum,
Vt ſit, q. viuat, dũ aliquid aliud flagitii cõficiat.
G. Planiſſimè. D. *his nunc præmium eſt, qui recta praua faciunt.
G. Veriſſimè. D. vt ſtultiſſimè quidem illi rem geſſerimus.
G. *Modò vt hoc conſilio poſſit diſcedi, vt iſtã ducat.
D. Etiamne id dubium eſt? G. haud ſcio hercle, vt homo eſt, an mutet animum.
D. Hem, mutet aũt? G. neſcio: verũ ſi fortè, dico,
D. Ita faciã, vt frater cenſuit, vxorem huc eius adducam,
Cum *iſta vt loquatur. tu Geta abi, prænuntia hanc venturam.
G. Argentum inuentum eſt Phædriæ: de iurgio ſiletur.
Prouiſum eſt, ne in præſentia hæc hinc abeat: quid nunc porrò?

Sentẽtia nimirũ vera.

Timorem iniicit.

Iſta, Phanio.

Geta inſultans commoda enumerat.

Quid

Quid fiet?in eodem luto hæſitas: ** vorſuram ſolues

Geta:præſens quod fuerat malum,in diẽ abijt: plagæ creſcunt,

Niſi proſpicis.nunc hinc domum ibo, ac Phanium edocebo,

Ne quid vereatur Phormionem, aut eius orationem.

*Vorſurã ſoluus.

Vorſu.ſoluere, eſt creditu rem mutare.

ACTVS V. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Apud Demiphonem queritur Nauſiſtrata,ſuum viri Chremetis negligentia minui patrimonium.

Iambici octonarij catalectici & acatalectici.

DEMIPHO, NAVSISTRATA, CHREMES.

*Agedum,vt ſoles Nauſiſtrata, fac vt illa placetur nobis,

Vt ſua voluntate, id quod eſt faciundum,faciat.N.faciam.

D.Pariter nunc opera me adiuues,ac dudum re opitulata es.

N. *Factum volo:ac pol minus queo viri culpa,quàm me dignum eſt.

D.Qui autem?N.quia pol mei patris bene parta indiligenter

Tutatur:nã ex his prędiis talenta argenti bina

Statim capiebat.hem,vir viro quid præſtat :D. bina quæſo?

N.Ac rebus vilioribus multò, tamen duo talenta.D.hui.

N.Quid hæc videntur?D. ſcilicet.N.virum me natam vellem.

Ego oſtenderem.D. certò ſcio. N. quo pacto,D. *parce ſodes,

* *Hortatur, vt Phanium placatã reddat.*

* *Coqueritur de viri negligentia.*

* *Parce, dubium aduerbiumne ſit, an imperatiuum.*

Vt poſſis cum illa, ne te adoleſcens mulier defatiget.
N. Faciam, vt iubes: ſed meum virum abs te exire video c. hem Demipho.
Iam illi datum eſt argentum? D. curaui illico. C. nollem datum.
*Hei, video vxorem: penè plus, quàm ſat erat. D. cur nolles Chreme?
C. Iam rectè. D. quid tu? ecquid locutus cum iſta es quam ob rem hanc ducimus?
C. Tranſegi. D. quid ait tandem? Ch. abduci nô poteſt. D. qui non poteſt?
C. Quia *vterque vtrique eſt cordi. D. quid iſtuc noſtra? C. magni præter hæc,
Cognatá comperi eſſe nobis. D. quid? deliras? C. ſic erit:
Non temerè dico. redi mecum in memoriam. D. ſatiſne ſanus es?
N. Au, obſecro, caue ne in cognatam pecces. D. non eſt. C. ne nega:
Patris nomen aliud dictum eſt: hoc tu erraſti. D. non norat patrem?
C. Norat. D. cur aliud * dixit? Ch. nunquamne hodie concedes mihi,
Neque intelligis? D. ſi tu nihil narras. Ch. pergis? N. miror quid hoc fiet.
D. *Equidem hercle neſcio. Ch. vin' ſcire? at ita me ſeruet Iupiter.
Vt propior illi, quàm ego ſum, ac tu, homo nemo eſt. D. Dij veſtram fidem:
Eamus ad ipſam vnà omnes nos: aut ſcire, aut neſcire hoc volo. C. ah.
D. Quid eſt? C. itane parum mihi fidẽ apud te? D. vin' me hoc credere?
Vin' ſatis quæſitum mihi iſtuc eſſe? agè fiat.

Altera epi tuſis pars, de pecunia temerè effuſa.

* *Vir timidus, vxore præſente, non audet loqui.*

* *Valla. Eleg. lib. 3. cap. 30.*

**Dixit, Phormio, ſcilicet.*

* *Scabroſus ſermo, ob vxoris præſentiam.*

quid

quid illa filia
Amici noſtri, quid futurum eſt? C. rectè. D. hãc
igitur mittimus?
C. Quid ni? D. illa maneat? C. ſic. D. ire igitur tibi licet Nauſiſtrata.
N. ſic pol commodiùs eſſe in omnes arbitor,
quàm vt cœperas,
Manere *hanc: nam perliberalis viſa eſt, cùm vidi, mihi. *Hanc, Thaniũ, ſcilicet.
D. Quid iſthuc negoti eſt? C. iamne operuit oſtium? D. iam. C. ò Iupiter,
Dij nos reſpiciunt: gnatam inueni nuptam
cum tuo filio. D. hem.
Quo pacto id potuit? C. non ſatis tutus eſt ad
narrandum hic locus.
D. At tu intrò abi. C. heus, ne filii noſtri quidẽ
hoc reſciſcant, volo.

ACTVS V. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Antipho redemptã Phadria amicã gratulatur: ſeque inuolutum hu malu queritur, vnde expediri nequeat.

Iambici quadrati catalectici.

ANTIPHO.

LAETVS ſum, vtut meę res ſeſe habent *fratri obtigiſſe quod volt. *Fratri, Phadria, ſcilicet
Quã ſcitũ eſt, eiuſmodi parare aĩo cupiditates,
Quas, cũ res aduerſæ ſient, paulo mederi poſſis.
Hic ſimul argẽtũ repperit, cura ſeſe expediuit:
Ego nullo poſſum remedio me *euoluere ex his turbis, *exoluere
Quin, ſi hoc celetur, in metu: ſin patefit, in probro ſim.
Neque me domum nunc reciperem, ni mihi
eſſet ſpes *oſtenſa *Vide Riuium.

Huiuſce habendæ. ſed vbinam Getam inuenire poſſum,

Vt rogem, quod tempus conueniendi patris me capere iubeat?

ACTVS V. SCENA V.

ARGVMENTVM.

Adnumeratam eſſe lenoni pecuniam narrat Phormio: & quaſi re bene geſta, nunc ſe curaturum cuticulam dicit.

Iambici octonarij acatalectici.

PHORMIO, ANTIPHO.

** Collocatur pecunia extorta ſenibus, quæ repetita poſteà miras Tragœdias excitabit:*

** De fratre inquirit.*

*ARGENTVM accepi, tradidi lenoni, abduxi mulierem,

Curaui, propria ea Phædria vt poteretur: nam emiſſa eſt manu,

Nunc vna res mihi reſtat, quæ eſt etiam conficiunda, otium

A' ſenibus ad potandum vt habeam: nam aliquot hos ſumam dies.

A. Sed Phormio eſt. quid ais? Ph. quid? A. *quidnam nunc facturus Phædria?

Quo pacto ſatietaté amoris ait ſe velle ſumere?

P. Viciſſim partes tuas acturus eſt. A. quas? P. vt fugitet patrem:

Te ſuam rogaui rurſum, vt ageres cauſam, vt pro ſe diceres;

Nam potaturus eſt apud me: ego me ire ſenibus Sunium

Dicam ad mercatum, ancillulam emptum, dudum quam dixit Geta,

Ne, cùm hic non videant me, conficere credât argentum ſuum.

Sed oſtium concrepuit abs te. A. vide, quis egreditur. P. Geta eſt.

ACTVS

ACTVS V. SCENA VI.

ARGVMENTVM.

Geta Antiphoni nuntiat Phanium inuentam eſſe Chremetis filiam.

Trochaici tetrametri catalectici.

GETA, ANTIPHO, PHORMIO.

O* FORTVNA, ò Fors fortuna, quantis commoditatibus.
Quàm ſubito hero meo Antiphoni ope veſtra hunc oneraſtis diem.
A. Quidnam hic ſibi vult? G. noſque amicos eius exoneraſtis metu?
Sed ego nunc mihi ceſſo, qui non humerum hunc onero pallio,
Atque hominem propero inuenire, vt hęc, quę contigerint, ſciat?
A. Non tu intelligis, quid hic narret? P. nũ tu? A. nihil. P. tantundem ego.
G. Ad lenonem hinc ire pergam: ibi nunc sũt. A. heus Geta. G. hem tibi.
Num mirum, aut nouum eſt, reuocari, curſum cum inſtitueris? A. Geta.
G. * Pergin'? hercle nunquàm tu tuo odio vinces me. A. non manes?
G. Vapula. A. id quidem tibi iam fiet, niſi reſiſtis, verbero.
G. Familiariorem oportet eſſe hunc, minitatur malum:
Sed iſne eſt, quem quæro, an non? ipſus eſt. P. congredere actutum. A. quid eſt?
G. *Omnium, quãtum eſt, qui viuant, hominũ homo honoratiſſime: (tipho.
Nam ſine controuerſia à Dijs ſolus diligere An
A. Ita velim: ſed qui iſthuc credam ita eſſe, mihi dici velim.

Fortuna, instabilis Dea: fors fortuna, bonus euentus.

* *Geta herũ nõdum agnoſcit.*

* *Vapulabis. curialis vernula, eſt, qui me vocat. A. Id tibi quidem.*

* *Geta maximus aſſentator.*

G. Satin'eſt, ſi te delibutum gaudio reddo? A. enecas.

Ph. Quin tu pollicitationes aufer, & quod fers, cedò. G. oh,

Tu quoque hic aderas Phormio? P. aderam. ſed ceſſas? G. accipe, hem,

Narratio plane comica, exponens cataſtrophē. * Vt modò argentum tibi dedimus apud forū, rectà domum

Sumus profecti: intereà mittit herus me ad vxorem tuam.

A. Quam ob rem? G. omitto proloqui nam nihil ad hanc rem eſt Antipho.

Vbi in gynęceum ire occipio, puer ad me accurrit Mida:

Ponè aprehēdit pallio, reſupinat: reſpicio, rogo

Quam ob rem retineat me: ait eſſe vetitum intrò ad heram accedere:

Sophrona modò fratrem huc, inquit, ſenis introduxit Chremem,

Eumque nunc eſſe intus cum illis: hoc vbi ego audiui, ad fores (ti:

Auſcultatione ipſam mirè exprimit. * Suſpēſo gradu placidè ire perrexi: acceſſi: aſti

Animam compreſſi: aurem admoui: ita animū cœpi attendere

Hoc modo ſermonem captans. A. * euge Geta, G. hic pulcherrimum (dio.

Cataſtrophe periculorum Antiphonis. Facin⁹ audiui: itaq; penè hercle exclamaui gau

P. Quod? G. quodnam arbitrare? A. neſcio. G. at qui mirificiſſimum:

Patruus tuus pater inuentus eſt Phanio vxori tuæ. A. hem,

Conſueuit, honeſtè dixit * Quid ais? G. cum eius conſueuit olim matre in Lemno clanculum.

P. Somnum. vtin' hæc ignoraret ſuum patrem? G. aliquid credito

*Phor-

* Phormio eſſe cauſæ. ſed me cenſen potuiſſe omnia
Intelligere extra oſtium, intus quæ inter ſeſe ipſi egerint?
P. Atque hercle ego quoque illam audiui fabulam. G. imò etiam* dabo,
Quo magis credas: patruus interea intus egreditur foras:
Haud multò poſt cum patre idem recipit ſe intrò denuo:
Ait vterq; tibi poteſtatẽ eius habendę ſe date:
Denique ego ſum miſſus, te vt requirerem, atque adducerem.
A. Hem, quin ergo? rape me. quid ceſſas? G.* fecero. A. ò mi Phormio
Vale. Ph. vale Antipho: bene, ita me Dij ament, factum, gaudeo.

Studet compendio.

Dabo, id eſt dicam.

Fecero, pro faciam, eleganter.

ACTVS V. SCENA VII.

Iambici ſenarij.

PHORMIO.

** TANTAM fortunã deimprouiſo eſſe his datã
Summa eludendi occaſio eſt mihi nunc ſenes,
Et Phædrię curam adimere argentariam,
Ne cuiquam ſuorum æqualium ſupplex ſiet?
Nã idẽ hoc argentum ita vt* in gratis eſt datũ,
His datũ erit: hoc qui cogam, re ipſa repperi.
Nũc geſtus mihi, vultuſq; eſt capiũdus nouus.
Sed hinc concedã in angiportũ *hũc proxumũ:
Inde hiſce oſtendã me, vbi erunt egreſſi foras:
Quò me aſſimularam ire ad mercatũ, non eo.

In vetuſtis codicibus hæ ſcenæ ſuperiori ſunt annexæ.

Phormio hæc ſecum.

datum eſt in gratijs.

Ita Priſc. lib. 6. al. hoc legunt.

ACTVS V. SCENA VIII.

ARGVMENTVM.

Cognita Phanio, ſenes à Phormione pecuniam repetunt: Phormio negat ſe redditurum. Hinc contentio inter eos oritur.

Iam-

Iambici trimetri.

DEMIPHO, PHORMIO, CHREMES.

**Gratiarum actio de ſecūdo rerum euentu.* *Dıis magnas meritò gratias habeo, atq; ago,
Quando euenere hęc nobis frater proſperè.
Quantū poteſt, nūc cōueniendus Phormio eſt,
Priùs, quàm dilapidet noſtras triginta minas,
Vt auferamus. P. Demiphonem, ſi domi eſt,
**Apoſiopeſis* Viſā.* vt qđ. D. at nos ad te ibamus Phormio.
P. De eadem hac fortaſſe cauſa ? D. ita hercle. P. credidi.
** Iactantia de fide.* *Quid ad me ibatis? ridiculum. an veremini,
Ne non id facerem, quod recepiſſem ſemel ?
Heus, quāta quāta hæc mea paupertas eſt, tamē
Adhuc curaui vnū hoc qdē, vt mihi eſſet fides.
C. Eſtne ea ita, vt dixi, liberalis. D. oppidò.
**Paraſiti aſtus.* P. *Itaq; ad vos venio nuntiatum Demipho,
Paratum me eſſe: vbi vultis, vxorem date.
Nam oēs poſthabui mihi res ita vti par fuit,
Poſtquàm, tantopere id vos velle, animum aduorteram.
**Vafrè retorquet rationes.* D.* A t hic dehortatus eſt me, ne illā tibi darē.
Nā qui erit rumor populi, inquit, ſi id feceris?
Olim cùm honeſtè potuit, tum non eſt data :
Nunc viduā extrudi turpe eſt: ferme eadem oīa,
**Qui, id eſt, quo, quanquā fortè & plurale videri poteſt.* Quæ tute demum coram me incuſaueras.
P. Satin*ſuperbè illuditis me? D. *qui? P. rogas?
Quia ne alteram quidem illam potero ducere.
Nam quo redibo ore ad eam, quam contempſerim ?
**Hæc Demiphoni clanculum ſuggerit Chremes.* C. Tū aūt Antiphonem video ab ſeſe amittere
Inuitum eam, inque. D. tum aūt video filium
Inuitum ſanè mulierem à ſe amittere.
Sed tranſi ſodes ad forum, atq; illud mihi
**Reſcribit, i. renumerari.* Argentū iube rurſum* reſcribi Phormio. (bui?
P. Quòdne ego perſcripſi porrò illis, quibus de

D. Quid

D.Quid igitur fiet?P. ſi vis mihi vxorē dare,
Quam deſpondiſti, ducam: ſin eſt, vt velis
Manere illā apud te, dos hic maneat Demipho:
*Nam non eſt æquum me propter vos decipi,
Cum ego veſtri honoris cauſa repudium alteri
Remiſerim, quæ dotis tantundem dabat.
D.I hinc in malā rem cum iſthac magnificētia
Fugitiue: etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tua facta adeò? P.irritor. D.tùne hāc duce-
Si tibi data eſſet? P.fac periclū D.vt filius (res,
Cū illa habitet apud te hoc veſtrū cōſiliū fuit: *
Ph.Quæſo, quid narras. D. quin tu mihi argen-
tum cedò.
P.Imò verò tu vxorem cedò. D.in ius ambula. *
P.In ius?* enimuero ſi porrò eē odioſi pergitis
D.Quid facies? P.egone? vos me īdotatis modò
Patrocinari fortaſſe arbitramini
Etiam dotatis ſoleo. C.quid id noſtra? P. nihil
Hic quandam noram, cuius vir vxorem. C. *
hem. D.quid eſt?
P.Lēni habuit aliā. C.nullus ſum. P. ex qua filiā
Suſcepit: & eā clàm educit. C. ſepultus ſum. *
P.*Hæc adeò ego illi iā denarrabo. C. obſecro
Ne facias. P oh, tun'is eras? D vt ludos facit.
C.Miſsū te facimus. P.fabulæ. C.*quid vis tibi?
Argentū quod habes? condonamus te. P.audio: *
*Quid vos, malū m, ergo me ſic ludificamini
Inepti, voſtra puerili ſententia?
*Nolo: volo: volo, nolo rurſum: cedò cape:
Quod dictum, indictum eſt: quod modo erat ra *
tum irritum eſt.
C.*Quo pacto, aut vn hęc hic reſciuit? D.neſcio,
Niſi, me dixiſſe id nemini, certò ſcio.
C.*Monſtri, ita me Dij ament, ſimile. P.inieci
ſcrupulum. D.*hem.

*Diuino, color.
*Ab æquo, & honeſto.
*Apoſiopeſis minaci vultu.
*Apertius loquens intercipit.
*Epitaſis alterius partus in fabula.
*Chremes terretur.
*Inuectiua in ſenes.
*In inconſtātes.
*Miratur unde ſciuerit.
*Prouerbiū.
*Stomachosè ad lites cō citat.
A neceſſario
Ab honeſto.
Ab vtili.

Hiccine vt à nobis hoc tātum argenti auferat,
Tam apertè irridens?emori hercle ſatius eſt:
Animo virili,præſentique vt ſis, para.
Vide tuum peccatum eſſe elatum foras,
Neque iam id celare poſſe te vxorem tuam:
Nunc quod ipſa ex alijs auditura ſit Chreme,
Id noſmet indicare placabilius eſt.
Tum hūc impuratum poterimus noſtro modo
Vlciſci.P.atat,niſi mihi proſpicio,* hæreo:
Hi gladiatorio animo ad me affectant viam.
C.At vereor,vt placari poſſit.D.bono aïo es:
Ego redigā vos in gratiā,hoc fretus,Chreme,
Cū è medio exceſſit, vñ hæc ſuſcepta eſt tibi.
P.Itane agitis mecū'ſatis aſtutè * aggredimini
Non hercle ex re iſtius me inſtigaſti Demipho,
Ain' tu,vbi peregre, tibi qđ lubitū fuit,feceris
Neque huius ſis veritus fœminæ primariæ,
Nouo modo ei quin faceres contumelias,
Venias mihi precibus* lautū peccatum tuum?
Hiſce ego illā dictis ita tibi incenſam dabo.
Vt ne reſtinguas, lacrumis ſi* exillaueris.
D.Malum quod iſti Dii,deæq; omnes duint.
*Tantane affectū quēquā hominē eſſe audacia?
Nonne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier
In ſolas terras?C.in id redactus ſum loci,
Vt,quid agā cū illo,neſciā prorſus.D. ego ſcio:
In ius eamus.P.in ius?huc,ſi quid lubet.
D.Aſſequere,ac retine,dū huc ego ſeruos euoco
C.*Etenim nequeo ſolus:accurre huc.P.vna in iuria eſt
Tecum. C. lege agito ergo. P. altera eſt tecum Chreme. (opus.
D.Rape hunc. P.itane agitis?enimuero voce eſt
Nauſiſtrata.exi. C.os opprime.D.impurū vide,
Quantū valet.P.Nauſiſtrata inquā.C.nō taces?

*Metaphora ab auibus in uiſcatis.

*Perſtat in metaphora.

*Lautum,id eſt,purgatū.

*Metaphora

*Interrogationes miræ īdignationis.

*Seruius legit hunc,ſupra illud Virgi.11.Æn. Iuga olī petebat Solorū nemorum.

*Vide turbas.

*Iniuria, id eſt,actio iniuriarum.

P.Ta-

P. Taceā? D. niſi ſequiṙ, pugnos in vētrē ingere.

P. Vel oculum *exculpe: eſt, vbi vos vlciſcar,* locus.

*Riuius, excl ude. *probè.

ACTVS V. SCENA IX.

ARGVMENTVM.

Phormio Chremetem prodit vxori de altera coniuge: Chremes grauiter obiurgatur: Phormio exultat, tam probè ſe vltum eſſe ſenes. Demipho pro fratre intercedit: & orat, vt huic vxor factum condonet. Et neque ſe ignoſcere dicit, neque promittere quidquam, ſed filij iudicio permittere omnia.

Iambici ſenarij, & Trochaici octonarij.

NAVSISTRATA, CHREMES, PHORMIO, DEMIPHO.

*QVI nominat me? C. hem. N. quid iſtuc turbæ eſt obſecro

Mi vir? P. hem, quid nunc* obticuiſti? N. quis hic homo eſt?

Non mihi reſpondet? Phor. hiccine vt tibi reſpondeat,

Qui hercle, vbi ſit, neſcit? Chr. caue iſti quidquā creduas.

P. Abi: tange: ſi non totus *friget, me eneca.

C. Nihil eſt. N. quid ergo eſt? quid iſthic narrat? P. iam ſcies:

Auſculta. C. *pergin' credere? N. qd ego obſecro

Huic credam qui nihil dixit? P. delirat miſer

Timore. N. nō pol temere eſt, ꝙ tu tam times.

C. Egone timeo? P. rectè ſanè: qñ nihil times,

Et hoc nihil eſt, qd ego dico, tu narra. D. ſcelus,

Tibi narret? P. eho tu, factum eſt abs te ſedulò.

Pro fratre. NA. *mi vir, non mihi narras. Ch. at. NA, quid at?

C. Non opus eſt dicto. P. tibi quidem: at ſcio *huic opus eſt.

*Audiēs clamosi Phormionis vocē hæc dicit. *obſtupuiſti? *Phyſicè. Vir. 3. Æ. Geliduſque coit formidine ſanguis. *Vide timorem Chremetis. *Ironicos. ſtomachosè. *Blandè.

** Interrūpit* In Lemno. C. *hem quid ais? D, nō taces? P. clā
vterq. narra te. C. hei mihi.
tionem Phor P. Vxorē duxit. N. mi homo, Dij melius d int.
mionis. P. Sic factum eſt. N perii miſera, P. & inde filiā
**Exclamatio* Suſcepit iam vnā, dū tu dormis. C. q̄d agimus.
cum ſtoma- N. *Pro Dij immortales, facinus indignum, &
cho. malum.
** Amplifica* P. Hoc actum eſt. N. * an quidquam hodie eſt fa
tio digna ctum indignius?
muliere. Qui mihi, vbi ad vxores ventū eſt, tū fiūt ſenes.
** Appello,* Demipho, te *appello: nam me cum hoc ipſo di
ſcilicet vt te ſtædet loqui: (næ
ſtem. Hæccine erāt itiones crebræ, & māſiones diuti-
Lemni? hæccine erat ea, quæ noſtros fructus mi
nuebat, vtilitas?
D. Ego Nauſiſtrata eſſe in hac re culpā meritam
non nego,
Sed eā, quæ ſit ignoſcēda. P. verba fiūt mortuo.
** Cauſa deri* D. * Nam neque neglegentia tua, neque id odio
uatio. fecit tuo.
Vinolentus ferè ab hinc annos quindecim, mu
lierculam
Eam compreſſit, vnde hæc nata eſt, neque poſt-
illa vnquam attigit.
Ea mortem obijt: è medio abijt: qui fuit in re
hac ſcrupulus.
** Oratoria* *Quam ob rem te oro, vt alia tua facta ſunt, ę-
deprecatio. quo animo hoc feras.
N. Quid ego æquo animo? cupio miſera in hac
re iam defungier.
** A coniectu* *Sed quid ſperem? ætate porrò minùs peccatu
ris. rum putem?
Iā tū erat ſenex, ſenectus ſi verecundos facit.
An mea forma, atque ætas nunc magis expetē-
da, eſt Demipho?

Quid

Quid mihi *hic affers, quam ob rem ex pectem, aut ſperem porrò non fore? * *Vide Riuium.*

P. *Exequias Chremeti, quibus eſt commodum ire, hem tempus eſt. * *Inſultat Cremeti, tā-quam iam mortuo.*

Sic dabo: agè nunc, agè, Phormionem, qui volet, laceſſito:

*Faxo tali eũ mactatũ, atq; hic eſt, infortunio. * *Iactātia de male actu.*

Redeat ſanè in gratiá: iá ſupplicii ſatis eſt mihi.

Habet hæc, ei quod, dum viuat, vſque ad aurẽ obganniat.

N. An meo meritò credo. quid ego nunc commemorem Demipho

Singillatim, qualis in iſtum fuerim? D. noui æquè omnia

Tecum. N. meriton'hoc meo videtur factum? D. minimè gentium.

Verùm, quando iam accuſando fieri infectum non poteſt,

Ignoſce. orat, cõfitet̃, purgat. q̃d vis amplius?

P. Enimuero priùs quàm hæc dat veniam, mihi proſpiciam & Phædriæ.

*Heus Nauſiſtrata, priùs quàm huic reſpondes temere, audi. N. quid eſt? * *Aliud malũ dicturus.*

P. Ego minas triginta p̃ fallaciá ab illo abſtuli.

Eas dedi tuo * gnato: is pro ſua amica lenoni dedit. *Gnato, Phædria ſcilicet.*

C. Hem, quid ais? N. * adeò hoc indignum tibi videtur, filius *Excuſat filij amorem.*

Homo adoleſcens ſi habet vnam amicam, tu vxores duas?

Nihil pudere? quo illum ore obiurgabis? reſpõde mihi.

D. Faciet vt voles: N. * imò, vt iam meam ſcias ſententiam. *Duriuſcula eſt Nauſiſtrata.*

Neque ego ignoſco, neque promitto quidquã, neque

neque reſpondeo

*Filium iudicem conſtituit. Priùs, quàm gnatum videro: *eius iudicio permitto omnia:

Quod is iubebit, faciam. P. mulier ſapiens es Nauſiſtrata.

*Cataſtrophe. NAV. *Satis tibi eſt? Ph. imò verò pulcrè diſcedo, & probè,

Et præter ſpem. N. tu tuum nomé dic quod eſt. P. mihin'? Phormio,

Veſtræ familiæ hercle amicus, & tuo ſummus Phædriæ.

*Pollicetur operã ſuam. N. *Phormio at ego æcaſtor poſthac tibi, quod potero, & quæ voles,

Faciamq;, & dicam. P. benignè dicis. N. pol meritum eſt tuum.

Ph. Vin' primùm hodie facere, quòd ego gaudeam Nauſiſtram,

*Dictum in inuidos. *Et quòd tuo viro oculi doleant? N. cupio. P. me ad cœnam voca.

N. Pol vero voco D. eamus intrò hinc. N. fiat: ſed vbi eſt Phædria,

Iudex noſter? Ph. iam hic faxo aderit. vos valete, & plaudite.

PHORMIONIS FINIS.

Propter egeſtatem, proximo iuſſa eſt dari,
Vt cum vno etatem degeret, quod tu vetas?
D. Ita, proximo quidem. at nos vnde? Aut quã
ob rem. P. ohe,
*Actum, aiunt, ne agas. D. non agam? imò haud
deſinam, — *Prouerbium.*
Donec *perfecero hoc. P. ineptis. D. ſine modò. — **Perfecero, ſubiũctiuus ornate pro indicatiuo.*
P. Poſtremo tecũ nihil rei nobis Demipho eſt
Tuus eſt damnatus gnatus, non tu: nam tua
Præterierat iam *ad ducendum ætas. D. oĩa hæc — **ducendi.*
*Illum putato, quæ ego nunc dico, dicere: — **Definitiuè reſpondet.*
Aut quidẽ cũ vxore hac, ipſum prohibeo domo
G. Iratus eſt. P. tute idem meliùs feceris.
D. Itane es paratus facere me aduerſum omnia
Infelix? P. metuit hic nos, tametſi ſedulò
Diſſimulat. G. bene habent tibi principia. P. *
quin quod *eſt,
Ferrendum, feras. tuis factis dignum feceris, — **Volũtas eſt neceſſitati accommodãda.*
Vt amici inter nos ſimus. D. egone tuã expetã
Amicitiam? aut te viſum, aut auditum velim?
P. *Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam
Senectutem oblectet: reſpice ætatem tuam, — **Acerbè ludit Phormio.*
D. Te oblectet: tibi habe. P. minue verò iram. D.
hoc age:
Satis iã verborũ eſt! niſi tu properas mulierẽ
Abducere, ego illam eiiciam: dixi Phormio.
P. Si tu illã attigeris, ſecus, quã dignũ eſt liberã,
Dicam, impingã tibi grandem: *dixi Demipho. — **Irriſoriè ad Getam hac.*
Si quid, opus fuerit, heus, domo me. G. intelligo.

ACTVS II. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Conſulit Demipho aduocatos ſuper filij coniugio: vnus ſuadet, diſſuadet alter, tertius nihil dicit, qui ſe alterutri iungere debuit: verſatur autem in deliberatiuo. Iambici ſenarij.

DEMIPHO, GETA, HEGIO, CRATINVS, CRITO.

**Cura eſt in* QVANTA me*cura,& ſolicitudine afficit
ſpe bonorum: Gnatus,qui me,& ſe hiſce impediuit nuptiis?
ſolicitudo in Neq; mihi in conſpectum prodit,vt ſaltē ſciā;
metu malo- Quid de hac re dicat,quidue ſit ſententiæ.
rum. Abi tu, viſe redieritne iam,an nondū,domū,
**Conſultatio* G.Eo.D.*videtis quo in loco res hæc ſiet.
cum amicis. Quid ago?dic Hegio.H.ego?Cratinum cenſeo.
Si tibi videtur.D.dic Cratine.C.mene vis?
**Captatio be* D.Te.CR.*ego,quæ in rem tuā ſint, ea velim
neuolentia. facias.mihi
Sic hoc videtur.quod te abſente hic filius
** Ab hone -* Egit,reſtitui in integrum*æquum eſt,&*bonū
ſto. *Et id impetrabis:dixi.D.dic nunc Hegio.
** Ab vtili.* H.Ego ſedulò hunc dixiſſe credo : verū ita eſt.
** A poſſibi-* QVOT HOMINES,tot ſententiæ·ſuus cui-
li. que mos.
** Ab hone-* *Mihi non videtur,quod ſit factum legibus,
ſto, & impoſ Reſcindi poſſe:& turpe inceptu ē.D.dic Crito.
ſibili. C.*Ego ampliùs deliberandum cenſeo:
**Critonis con* Res magna eſt.HE.num quid nos vis?DE.feci-
ſilium. ſtis probe:
Incertior ſum multo,quàm dudum:G. negant
Rediſſe.D.frater eſt expectandus mihi : is
Quod mihi dederit de hac re conſilium, id exe
quar.
**Fratris con* *Percontatum ibo ad portū, quoad ſe recipiat.
ſilium percō- G.At ego Antiphonē quæram, vt, quæ acta hic
tatur. ſunt,ſciat.
Sed eccū ipſum video in tēpore huc ſe recipere.

ACTVS III. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Antipho ſe vehemēter incuſat, quod ita inconſulto patre ſe ſubduxerit,& cauſam ſuam aliis tutandā dede-

dederit. Rem totam denique ex Geta cognoſcit.
Iambici tetrametri catalectici & acatalectici,
in fine Trochaici.

ANTIPHO, GETA.

*ENIM VERO antipho multis modis cum iſthoc animo eſt vituperandus; *Seipſum imprudētia lamentanter incuſat.*
Itane hinc abiſſe, & vitam tuam tutandā alijs dediſſe?
Alios tuam rem credidiſti magis, quàm te, animaduerſuros?
Nam vtut erant alia, illi certè, quæ nunc domi tuæ eſt, conſuleres,
*Ne q̄d propter tuā fidē decepta*pateret̄ mali: *Plus Phanium quàm ſeipſum curat.*
Cuius nunc miſeræ ſpes, opesq́, ſunt in te vno omnes ſitæ? *poteretur.*
G. Equidem here nos iamdudum hic te abſentē incuſamus, qui abieris.
A. te ipſum quærebam. G. ſed ea cauſa nihilo magis defecimus.
A.*Loquere obſecro. quonam in loco ſunt res, & fortunę meæ? *Omnia ſua in amica repetit.*
Nunquid patri*ſubolet? G. nihil etiā. A. ecquid ſpei porrò eſt? G. neſcio. A. ah. *Subolet metaphora ab odoribus.*
G. Niſi Phædria haud ceſſauit pro te eniti. A. nihil fecit noui.
G.*Tum Phormio itidē hac re, vt in aliis, ſtrenuum hominem præbuit. *Conuentionem eius, & Phormionis intelligit.*
A. Quid is fecit? G. confutauit verbis admodū iratum patrem.
A. Heu Phormio. G. ego, quod potui porrò. A. mi Geta, omneis vos amo
G. Sic habent principia ſeſe, vt dico: adhuc tranquilla res eſt:
Manſuruſq́; patruum pâter eſt, dum huc adueniat. A. quid eum? G. vt aiebat,

De eius conſilio velle ſeſe facere, quod ad hanc rem attinet.

A. *Quantus metus eſt mihi, venire huc ſaluũ nunc patruum Geta?

*Nam per eius vnam, vt audio, aut viuam, aut moriar, ſententiam,

G. Phędria tibi adeſt. A. vbinam eſt? G. eccum à ſua palęſtra exit foras.

*Amatoriè patruum nõ ſaluum optat.

*Tanquam ſine Phanio viuere nequeat.

ACTVS III. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Phedria lenonem orat, vt venditam militi Pamphilam non tam citò abducendam tradat: ſe intrà triduum numos adnumeraturum, quos pro illius redemptione ſit pollicitus.

Trochaici tetrametri, & iambici vno addito ſenario.

PHAEDRIA, DORIO, ANTIPHO, GETA.

*DORIO, audi obſecro. D. non audio. P. parũper. D. quin omitte me.

P. Audi, quod dicam. D. at enim tædet iam audire eadem millies.

P. At nunc dicam, quod lubenter audias. D. loquere, audio.

P. Nequeo te exorare, vt maneas triduum hoc, quò nunc abis.

D. Mirabar, ſi tu mihi quidquam afferres noui.

A. Hei, metuo lenonem, ne *quid ſuo ſuat capiti. G. idem ego metuo.

P. non mihi credis? D. hariolare. P. ſin fidẽ do. D. fabulæ.

P. Fœneratum iſthuc beneficium tibi pulcrę dices. D. *logi.

P. Crede mihi, gaudebis facto: verũ hercle hoc eſt. D. ſomnium.

*Omiſſo Antiphone producitur alter adoleſcẽs in ſcenã, vt augeantur turbæ.

*Vide Miſcell. Nann. lib. 2.

*Logi, verba ridicula.

P.Experire,nõ eſt lógũ.D.*CANTILENAM EANDEM CANIS.
P.*Tu mihi cognatus,tu parens,tu amicus,tu. D.garris modo.
P.Adeone ingenio eſſe te duro,atq; inexorabi(li, Vt neq; miſericordia,neq; pcib⁹ molliri q̃as?
D.*Adeone te eſſe incogitantem,atq; impudẽtem Phędria,
Vt*phaleratis dictis ducas me,& meá * ductes gratis?
A.Miſeritũ eſt.P.hei veris vincor.G.quinvter q̃; eſt ſimilis ſui:
P.Neq;, Antipho alia cũ occupat⁹eſſet ſolici(tudine, *Tum hoc eſſe mihi obiectũ malũ? A.ah , quid iſthuc autem eſt Phædria?
P.O fortunatiſſime Antipho,A.egone ? P.*cui, quod amas,domi eſt:
Nec cum*huiuſmodi vnquã vſus venit vt conflictares malo.
A.Mihine domi eſt?imò , quod aiũt, *AVRIBVS TENEO LVPVM.
Nam neque quo amittam à me,inuenio : neq; vti retineam,ſcio.
D.Ipſum iſtuc mihi in hoc eſt.A.eia,ne parum leno ſies,
Num qnid hic confecit?P.hiccine?quod homo inhumaniſſimus:
Pamphilam meam vendidit.G.quid? vẽdidit? A.ain'vendidit?
P.Vendidit.D. quàm indignum facinus,ancillam ære emptam ſuo.
P.Nequeo exorare , vt maneat , & cum illo vt mutet fidem
Triduum hoc, dum id,quod eſt promiſſum ab amicis,argentum aufero.

*Adagium.
*Duriuſcula blanditia.
*Irriſoriè idem principium,et compoſitionem ſeruat.
* Bemb. me phaleratis ducas dictis.
*ductis.
*Eclipſis ſub audi doleo,
*Bemb. qui, pro cui antiquè. al quei.
*Huiuſmodi malo.ſcilicet lenone.
* Prouerbiũ in perplexos.

Ne oppertus id eſt, ne expectes, Si non tum dedero, vnam prætereà horam ne oppertus ſies.

.* Antipho quoque intercedit. D. Obtundis. A. *haud lõgum eſt id, quod orat Dorio: exoret, ſine.

Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, cõduplicauerit.

D. Verba iſthæc ſunt. A. Pamphilamne hac vrbe priuari ſines?

* Horum', maſculinum præpõderat. Tum prætereà *horum amorem diſtrahi poterin' pati?

Getæ imprecatio. D. Neq; ego, neq; tu. G. Dii tibi omnes id, qđ eſt dignum, duint.

*Locus à contrarijs. D. * Ego te complureis aduorſum ingenium meum menſeis tuli

Pollicitantem, & nihil ferentem, flentem: nũc contra omnia,

* Lenonis auaritia. Repperi, *qui det, neque lacrumet: da locum melioribus:

A. Certè hercle, ego ſi ſatis cõmemini, tibi quidem eſt olim dies

ἀναστροφή. *Quam ad dares huic, præſtituta. PH. factum. D. num ego iſtuc nego?

A. Iam ea præteriit? D. non, verùm ei hæc ante ceſſit. A. non pudet

*Eclipſis. Vanitatis? D. minimè, dum ob rem. G. ſterquilinium. P. Dorio,

*ſterculinium. al. ſtercilinium. Itane tandem facere oportet? D. ſic ſum: ſi placeo, vtere.

*Correptio. A. Siccine hunc decipis? D. *imò enimuero Antipho hic me decipit:

*Correctio. Nam hic me huiuſmodi eſſe ſciebat: *ego hunc eſſe aliter credidi.

*Vafer leno. Iſte me fefellit: ego iſti nihilo ſũ aliter, ac fui.

Sed vtut hæc ſunt, tamen hoc faciam: cras mane argentum mihi.

Miles ſe dare dixit: ſi mihi prior tu attuleris Phædria,
*Mea lege vtar. vt potior ſit, qui prior ad dandum eſt. vale.

** Lenonis decretum.*

ACTVS III. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Antipho Getam monet, vt argentum inueniat quod detur lenoni à Phædria.

Trochaici tetrametri, & vnus Iambicus dimeter.

PHÆDRIA, ANTIPHO, GETA.

*Quid faciam? vnde ego nunc tam ſubitò huic argentum inueniam miſer,
Cui minus nihilo eſt quòd ſi hic potuiſſet nũc exorarier
Triduum hoc, promiſſum fuerat. A. Itane hũc patiemur Geta
Fieri miſerum, qui me dudum, vt dixti, *adiuuerit comiter?
Quin, cùm opus eſt, beneficium rurſum ei *experiamur reddere?
G. *Scio equidem. hoc eſſe ęquũ. AN. agè ergo, ſolus ſeruare hunc potes.
G. Quid faciam? A. inuenias argẽtum. G. cupio: ſed id vnde, edoce.
A. *Pater adeſt hic. G. ſcio. ſed quid tum? A. ah, dictum ſapienti ſat eſt.
G. Itane? A. ita. G. ſanè hercle pulcrè ſuades. etiã tu hinc abis?
*Non triumpho, ex tuis nuptiis ſi nihil nanciſcor mali,
Ni etiam nunc me huius cauſa quærere in malo iubeas crucem?
A. Verũ hic dicit. PH. quid? ego vobis Geta alienus ſum? G. haud puto.

**Conſultatio de pecunia, vt amiſſa poſtea triginta minæ plus turbæ faciant.*
**audiris.*
**experimur*
** Ab æquo, & poſſibile.*
**Pater, à quo ſcilicet emungat.*
**Metaphora à victoribus.*

Prudenter hac Geta. *Sed parumne eſt, quod omnibus nunc nobis
ſubcenſet ſenex,
Ni inſtigemus etiam, vt nullus locus relinquatur preci?
PH. Alius ab oculis meis illá in ignotum hinc abducet locum? hem:
Dum igitur dié licet, dumq; ad ſum, loquimini mecum Antipho:
Contemplamini me. A. quam ob rem? aut quid nam facturus? cedò.
Amantis deſperatio. P. *Quoquò hinc aſportabitur terrarum, certũ eſt perſequi,
Aut perire. A. Dii bene vertant, quod agas: pedetentim tamen.
Repetitio faſtidientis. Vide, ſi q̃d opis potes afferre huic. G. *ſi quid? quid? A. quære obſecro,
Ne quid plus minuſne faxit, quòd nos poſt pigeat Geta?
G. Quærò: ſaluus eſt, vt opinor: verùm enim metuo malum.
Dictum verum amicorum. A. *Noli metuere vnà tecum bona, malaq; tolerabimus.
G. Quantùm opus eſt tibi argenti? loquere. PH. ſolæ triginta minæ,
G. Triginta? hui, percara eſt Phædria. P. iſthæc verò vilis eſt.
G. Agè agè, inuentas reddam. P. ò lepidũ caput.
G. aufer. P. iam opus eſt. G. iam feres:
Phormio opitulatur. *Sed opus eſt mihi Phormionem ad hanc rem adiutorem dari.
P. Præſto eſt; audaciſſimè oneris quiduis impone, & feret.
Parœmia. *SOLVS EST homo amico amicus. GE. eamus ergo ad eum ocyùs.
P. Abi, dic. præſtò vt ſit domi.

A.* Nunquid

A.*Nunquid eſt, quod opera mea vobis opus ſit?G.nihil:verùm abi domum, *Diſcedere cupit.*
Et illam miſeram, quam ego nunc intus ſcio eſſe exanimatam metu,
Conſolare.ceſſas?A.nihil eſt, æquè quod faciá lubens.
P.Qua via iſthuc facies?G. dicá in itinere:modò te hinc amoue.

ACTVS IIII. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Demipho & Chremes colloquũtur,ambo natu grãdes:narrat hic illi, cur in Lemno diutius hæſerit: fit & mentio nuptiarum Antiphonis

Iambici ſenarij.

DEMIPHO, CHREMES

QVID? qua profectus cauſa hinc es Lemnum Chremes?
Adduxtin' tecum filiam?C.non.D.quid ita nõ?
C.*Poſtq̃ videt me eius mater eſſe hic diutius, *Simplex narratio.*
Simul autem non manebat ætas virginis
Meam negligentiam: ipſam cum omni familia
Ad me profectá eſſe aiebant.D. quid illic tádiu
*Quæſo igitur commorabare, vbi id audiueras. *Quærit cauſam moræ.*
C.Pol me detinuit morbus.De.vnde? aut qui?
Ch.rogas?
SENECTVS IPSA eſt morb⁹:ſed veniſſe eas
Saluas audiui ex nauta,qui illas vexerat.
De.Quid gnato obtigerit me abſente,audiſtin' Chreme? *Factum, ſcilicet nuptiarum.*
C.Quod quidem me*factum,conſilii incertum facit:
Nam hanc cõditionem ſi cui tulero*extrario, *Vide Riuium.*
Quo pacto,aut vnde mihi* ſit,dicendum ordine eſt. *Scit, filia ſcilicet.*
Te mihi fidelẽ eſſe æquè,atq; egomet ſũ mihi,

Scibam

Honeſta, & familiaris locutio.

Scibam: ille ſi me alienus affinem volet,
Tacebit, dum intercedet familiaritas:
Sin ſpreuerit me plus, quàm op⁹ eſt ſcito, ſciet:
Vereorq́, ne vxor aliquà hoc, reſciſcat mea.
Quod ſi fit, vti me excutiã, atq; egrediar domo
Id reſtat: nam ego meorum ſolus ſum meus.
D. Scio ita eſſe, & iſthęc mihi res ſolicitudini ẽ:
Neque defetiſcar* vſque adeo experirier.
Donec tibi id, quod pollicitus ſum, effecero.

** Sic Priſc.*

ACTVS III. SCENA II.

ARGVMENTVM.

Tota hac ſcèna eſt Geta exultantis duos ſibi ſenes offerri, quos fallere poßit.

Iambici ſenarij.

GETA.

*Ego hominem callidiorem vidi neminem,
Quàm Phormioné. venio ad *hominé, vt dicerẽ
Argento opus eſſe, & id quo pacto fieret:
Vix dum *dimidium dixeram, intellexerat:
*Gaudebat: me laudabat: quærebat ſenem.
Dijs gratias agebat, tempus ſibi dari,
Vbi Phędriæ ſe oſtenderet nihilominùs
Amicum eſſe, quàm Antiphoni. *hominem ad forum
Iuſſit operiri: eò me eſſe adducturum ſenem.
Sed eccũ ipſum. quis eſt vlterior? atat Phædriæ
Pater venit. *ſed quid pertimui autem bellua?
An quia, opus fallã, pro vno duo ſunt mihi dati?
Commodius eſſe opinor duplici ſpe vtier.
Petã *hinc, vnde à prĩo inſtitui: is ſi dat, ſat eſt,
Si ab hoc nihil fiat, tum hunc adoriar hoſpitẽ.

** Exultantis verba.*
** Venuſtè, & Comicè hominem repetit.*
** Sic veteres libri.*
** Vtriq; cupit gratari.*
** Iucundè homine tertio repetit.*
** Seruilis ſententia.*
** Hinc, id eſt, ab hoc, Demiphone ſcilicet.*

ACTVS IIII. SCENA III.

ARGVMENTVM.

Geta cudit argentum Phædria.

Iambici ſenarij.

ANTIPHO, GETA, CHREMES, DEMIPHO.

*Expecto, quã mox recipiat huc ſeſe Geta.
Sed patruum cũ patre video aſtantẽ. hei mihi,
Quã timeo, aduẽtus huius quò impellat patrẽ.
G. Adibo hoſce. ò noſter Chremes. C. ſalue Geta.
G. *Venire ſaluũ volup'eſt. C. credo. G. q̃d agit?
C. Multa aduenienti, vt fit, noua hic cõpluria.
G. Ita de Antiphone audiſtin' quæ facta? C. oĩa.
G. Tun' dixeras huic? facinus indignũ Chreme,
Sic circumiri? D. cum hoc id agebam cõmodũ
G. *Eam hercle ego quoq; id quidem mecũ agitans ſedulò.
Inueni, opinor, remediũ huic rei. D. quid Geta?
Quod remediũ? G. *vt abii abs te, fit fortè obuiã
Mihi Phormio. CHR. qui Phormio? G. is, qui * iſtam. CH. ſcio.
G. Viſum eſt mihi, vt eius tentarem ſententiã.
Prendo hominem ſolum. *cur non, inquam, Phormio
Vides, inter vos ſic hæc potiùs cum bona
Vt componantur gratia, quàm cum mala?
Herus liberalis eſt, & fugitans litium:
Nam cęteri quidem hercle amici omnes modò
Vno ore auctores fuere, vt præcipitẽ hãc daret.
A. Quid hic cœptat? aut quo euadet hodie? G. an legibus
Daturum pœnas dices, ſi illam eiecerit?
Iam id exploratum eſt: eia, *ſudabis ſatis,
Si cum illo inceptas homine: ea eloquẽtia eſt.
Verùm *pone eſſe victum eum: at tandẽ tamen
Non capitis eius res agitur, ſed pecuniæ.
Poſtquàm hominẽ his verbis ſentio mollirier,
Soli ſumus nunc, inquã ehò dic, q̃d velis dari
Tibi in manum, vt herus his deſiſtat litibus,

Hæc ſecum loquitur, metuens diuortium.

** Viam ad epitaſin facit, ſimul etiam cudit argentũ Phædriæ.*

** Vide callidum aſſentatorem.*

** Narratio facta ad fallendum ſenẽ.*

** Geta perſuaſio à ſpe commodi.*

** Metaphoricos.*

** Pone Græce τίθει quod vel fac, vel finge dicunt.*

Hæc

Hæc hinc faceſſat, tu moleſtus ne ſies:
A. Satin' illi Dii ſunt propitii? C. nam ſat ſcio.
*Si tu aliquam partem æqui, boniq; dixeris,
Vt ille eſt bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie ĩter vos. D. qs te iſthęc iuſſit loq?
C. Imò non potuit melius peruenirier
Eò, quò nos volum⁹. A. *occidi. C. perge eloqui
G. At priò homo ĩſanibat. C. cedò, qd poſtulat?
G. Quid? *nimiùm quantùm libuit. C. dic. G. ſi quis daret
*Talentum magnum. C. imò malum hercle, vt nihil pudet:
G. Quod dixi adeò ei. quæſo, quid ſi filiam
Suam vnicam locaret? parui retulit
Non ſuſcepiſſe: inuentá eſt, quæ dotem petat.
Vt ad pauca redeam, ac mittã illius ineptias:
Hæc deniqne eius fuit poſtrema oratio.
*Ego, inquit, iam à principio amici filiam,
Ita vt æquum fuerat, volui vxorem ducere:
Nam mihi veniebat in mentẽ eius incõmodũ,
In ſeruitutem pauperem ad ditem dari:
Sed mihi opus erat, vt apertè tibi nũc *fabuler,
Aliquantulum quę afferret, qui diſſoluerem
Quæ debeo: & etiam nunc ſi vult Demipho
Dare, quantùm ab hac accipio, quæ ſponſa eſt mihi,
Nullã mihi malim, quàm iſthanc, vxorẽ dari.
A. Vtrum ſtultitia facere ego hunc, an malitia
Dicam, ſciẽtem, an imprudentẽ, incertus ſum.
D. Quid ſi* animam debet? GE. ager oppoſitus eſt pignori
*Ob decẽ minas, inquit. D. agè agè, iã ducat dabo.
G. Ædiculæ item ſunt ob decẽ alias. D. hoi. hui,
Nimiũ eſt. G. ne clama: petito haſce à me decẽ.
G. Vxori emunda ancillula eſt: tũ aũt pluſcula

*Decora locutio.
*Exclamatio conſternati.
*Vide Caſtigat. Georg. Fabricij.
*Talentum magnum, lxxx. libra.
*Reſpõſum, & petitio Phormionis.
*Fabuler, rectè, quia re vera fabulabatur.
*Prouerbiũ.
*Aſtutè, nã ſimul xxx. minas protulit, ne parcũ ſenem terreret.

Suppelle-

Suppellectile opus eſt: op⁹ eſt ſūptu ad nuptias:
His rebus pone ſanè, inquit, decem minas.
D. Sexcẽtas ꝓinde poti⁹ ſcribito iã mihi *dicas:
Nihil do. impuratus me ille vt etiam irrideat?
C. quæſo, *ego dabo, quieſce: tu modò filius
Fac vt illè ducat, nos quã volumus. A. hei mihi
Geta, occidiſti me tuis fallaciis.
C. Mea cauſa eiicitur: me hoc æquũ ẽ amittere.
G. Quantùm potes me certiorem, inquit, face
Si illam dant, hanc vt omittã, ne incertus ſiẽ:
Nam illi mihi dotem iam conſtituerunt dare.
C. *Iam accipiet: illis repudium renuncier:
Hanc ducat. D. quæ quidẽ illis res vertat malè.
C. Opportunè adeò nunc argentũ mecũ attuli,
*Fructum, quẽ Lemni vxoris reddunt prædia.
Id ſummam: vxori tibi opus eſſe, dixero.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Obiurgat Antipho Getam, cuius opera ſe in periculum veniſſe putat, ne extrudatur coniux: idem ab eodem placatur.

Iambici ſenarij.

ANTIPHO, GETA.

*GETA. G. hem. A. quid egiſti? G. emunxi argẽto ſenes.
A. Satin'id eſt? neſcio hercle: tantũ iuſſus ſum
A. Ehò verbero, aliud mihi reſpondes, ac rogo?
G. Quid ergo narras. A. q̃d ego narrẽ? opera tua
*Ad reſtim mihi *quidem res rediit planiſſimè:
Vt te quidem omnes Dii, Deęq;, Superi, Inferi
Malis exemplis perdant: hem, ſi quid velis,
**Huic mãdes, quod quidẽ rectè curatũ velis,
*Qui te ad ſcopulum è tranquillo inferat.
Quid minùs vtibile fuit, quã hoc vlcus tãgere,
Aut nominare vxorem? iniecta eſt ſpes patri,

Poſſe

** Dicas hoc loco, rationes, ſiue cauſas expenſarum ſignificare videtur. Nan. Miſc. lib. 2.*

** Chremes viginti minas dat, Demipho decem.*

** Chremes ſẽtentiam fert, argentũ dat.*

** Iurgio paratur locus.*

** Epitaſis.*

** Nam in periculum venit Antipho, ne extrudatur coniux.*

** Ad reſtim, qua ſcilicet me ſuſpend.*

** Huic mandes, qui te ad ſcop.*

** Ironicè.*

** Prouerbiũ.*

C.Atque ita opus facto eſt:at matura,dum lu-
do eadem hæc manet:
*Nam ſi altera illa magis inſtabit,forſitan nos reiiciat. * *Approbat conſilium.*
G.Rem ipſam putaſti. D. duc me ad eum ergo.
G.non moror.C. vbi hoc egeris,
Tranſito ad vxorem meam, vt conueniat hanc
priùs,quàm hinc abeat:
Dicat eam dare nos Phrmioni nuptum,ne ſuccenſeat:
Et mag's eſſe illũ idoneũ,qui ipſi familiarior :
Nos noſtro officio nihil egreſſos eſſe, quantũ* is voluerit, * *Is,Phormio ſcilicet.*
Datum eſſe dotis.D.quid tua,*malũ,id refert? C.magni Demipho. * *Malum, indignationis.*
D.Non ſat tuum te officium feciſſe,ſi nõ id fama approbat?
C.volo ipſius quoque voluntate hoc fieri,ne ſe eiectam prædicet.
D.Idem ego iſtuc facere poſſum.C.*mulier mulieri magis congruet. (cogite. * *Adagium.*
D.Rogabo.C.vbi nũc illas ego reperire poſſim ,

ACTVS V. SCENA I.

ARGVMENTVM.

Hæc ſcena continet mutuam agnitionem Sophronæ nutricis et Chremetis. Chremes ex eadem nutrice diſcit , filiam ſuam Phanium nuptam eſſe Antiphoni, qua res ingentem ei latitiam affert:cauet item , ne vxor hoc reſciſcat.

Iambici octonarij catalectici, et acatalectici, & Iambicus dimeter unus , miſtis aliquot Trochaicis octonarijs.

SOPHRONA, CHREMES.

*Quid agam? quem mihi amicum miſera inueniam.aut cui conſilia hæc referam? * *Occaſio cataſtrophes.*

Aut

Hera, id eſt Phanium. Aut vnde mihi auxilium petam?
Nam vereor, *hera ne ob meum ſuaſum indignè iniuria afficiatur:
Ita patrem adoleſcentis facta hæc tolerare audio violenter
Nam quæ, figuratè, pro Quænam. C. Nam quæ hæc*eſt anus exanimata, à fratre quæ egreſſa eſt meo?
Bemb. anus eſt. S. Quod vt facerem, egeſtas me impulit, cũ ſcirem infirmas nuptias
Haſce eſſe, vt id conſulerem, intereà vita vt in tuto foret.
C. Certè ædepol, niſi me animus fallit, aut parum oculi proſpiciunt, meæ
Nutricem gnatę video. S. atq; ille inueſtigatur.
Deliberatio. C.*quid agam?
S. Qui eſt eius pater. C. adeo, an maneo, dum ea, quæ loquitur, magis cognoſco?
S. Quod ſi eum nunc reperire poſſim, nihil eſt, quòd verear. C. ea ipſa eſt.
Iam planè nouit. Colloquar S.*quis hic loquitur? C. Sophrona. S. & meum nomen nominat?
Inuocatio gaudentis. C. Reſpice ad me. S.* Dii obſecro vos. eſtne hic Stilbo? C. non. S. negas?
Timet proditionem. C.* Cócede hinc à foribus paululùm iſtorſum ſodes Sophrona.
Bemb. non obſecro is. Ne me iſtoc poſthac noīe appellaſſis. So. quid? *non is obſecro es,
Si, ſilentij nota. Quem ſemper te eſſe dictitaſti? C.*eſt. s. q̃d has metuis fores?
Aperit fictionem. C. Concluſam hic habeo vxoré ſæuam: verùm *iſthoc de nomine
Iſthoc nomine, ſcilicet Sic bonis. Eò perperam olim dixi, ne vos fortè imprudentes foris
Effutiretis, atque id porrò aliquà vxor mea reſciſceret.

S. Hem,

VOLCATII SEDIGITI
DE COMICIS LATINIS
IAMBI.

*Mvltos incertos certare hanc rẽ vidimus,
Palmam poetæ Comico cui deſſerant:
Eum, me iudice, errorem diſſoluam tibi:
Vt, contrà ſi quis ſentiat, nil ſentiat.
Cæcilio palmam ſtatuo de Comico:
Plautus ſecundus facilè exſuperat cæteros:
Dein' Næuius, qui ſeruet, pretio in tertio eſt:
Si quid quarto detur, dabitur Licinio:
Poſt inſequi Licinium facio Atilium:
In ſexto conſequitur hos Terentius:
Turpilius ſeptimũ. Trabea octauum obtinet:
Nono loco eſſe facilè facio *Luſcium:
Decimum addo cauſa antiquitatis, Ennium.

Stephani Doleti iudicium de comparatione Terentij, & Plauti.

Graecos poetas Comicos mitto libens:
De Latinis quid ſentiam, iam iam eloquar.
Plautum Terentio qui obſtinatè præferunt,
Grauiter mihi videntur errare. ſi quidem
Nemo negat Plauto ſermonis Latii
Proprietatem ſupremam. ſed nec ea deeſt
Terentio, vel maior atque prætereà
Seruile Plauti ingenium, & plebeium nimis:
Terentius liberali ſtylo, & extra ſales
Vulgareis poſito non vulgariter ſuperat.
In hoc Latinæ Muſæ parcite Sedigito,
Qui principi Latinæ Comediæ abſtulit
Meritam hercle laudẽ, ſi Comico cuiquã alij.

DE P. TERENTII VITA, ET EIVSDEM COMOEDIIS, EX IPSIVS PERSONA.

Hexaſtichon.

*excelſa Carthaginis adibus altis.

NATVS in* excelſis tectis Carthaginis altæ,
Romanis ducibus bellica præda fui.
Deſcripſi mores hominũ,iuuenũq;,ſenumq; :
Qualiter & ſerui decipiant dominos.
Quid meretrix, q̃d leno dolis confingat auar⁹,
Hæc quicunque leget,ſic puto,cautus erit.

IN LAVDEM EIVSDEM OCTONARIVS.

AONIDES quiſquis Muſas,Latiumq; decore
Artibus ingenuis excoluiſſe cupit.
Quiſquis laſciui fugiſſe Cupidinis arma,
Et quidquid ſuadet fœda libido mali.
Vrbanos quiſquis mores, vitamq; probatam,
Aut magnum quidquam voce ſonare cupit.
Huc ſua conuertat celeri veſtigia greſſu,
Hunc vnum è multis edidiciſſe iuuet.
Hic poſuere ſuos Nymphæ Libetrides hortos:
Hic reſona ductus ludit Apollo chely.
Hic eſt,occultas qui te tranſnare Charybdes
Inſtruat,& placidas æquore reddat aquas.
Hic ille eſt per quem tuto diſrumpere vafros
Scortorum niſus,& malefacta queas.
Auſculta monitis huius lenonis auari,
A turpi tutus ſi cupis eſſe dolo.

INDEX

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX VERBORVM, VETERVM, ET RARO VSITATORVM APVD TERENTIVM.

A.primam faciem folii, B. ſecundam denotat. primus numerus folium, ſecundus lineam.

Abligurire.	a.37.11
Abſente nobis	a.47.8.
Abſtineo cum accuſatiuo	b.68.29.
Abutor cum accuſatiuo	b.6.20.
Ad Dianæ	a.101.20.
Affero me	b.25.2.
Adorno	b.47.24.
Adtemperate	a.28.22.
Attigo	a.25.7.
Aduenti	b.138.30.
Aduorſum	b.7.1.
Æſculapius, & Salus	a 121.12
Ætatem aduerbium	a.49.30.a.77 18.
Agellus	a.110.19.
Ago me	a 23.29.
Agin' tu	b.158.16.
Alteræ	b.66.25.
Altero actiue	a.22.5.
Ambo caſu accuſatiuo.	a.58 11.
Amittere, pro dimittere	a.71.13.
Andros	b.28.1.
Angiportus maſc.	a.157.27.
Anicula	b.237.29.
Annis	a.67.8.

Apollinis reſponſum a.23.11.
Arceſſo b.26.10.a.69.13.b.104.4.
Atrabo b.73.29.
Aſto b.53.18.
Aſymbolus a.143.33.

B.

Beneuolens b.147.30.
Babyio a.109.30.

C.

Caluor a.35.32.
Caprificus a.101.11.
Careo cum genitiuo b.69.16.
Caria a.34.27.a.74.6.
Catus b.26.10.
Caudex a.81.1.
Caue ne b.154.17.
Cedere ſermones a.66.6.
Cedodum a.143.14.
Celere a.139.16.
Centies a.81.9.
Certè quidem pol a.49.25.
Ciſtella a.50.7.
Clanculum cum accuſatio b.88.12.
Coitio b.143.12.
Colaphus b.91.16.
Colet vitam a 63.5.
Columen a.142.18.
Comare. b.65.24.
Commiſſator b.106.2.
Commiſſatum a.42.5.
Commorat b.137.34.
Commotus in aliqua b.44.20.
Comparari ad aliquem a.48.3.
Complacita eſt b.21.25.
Compluſculi a.116.25.

Com-

Compoſito a.153.28.
Compreſſus,pro vitio. a.98.33.
Concordare a.145.20.
Condono gem.accuſ. a.33.1.a.158.25.
Congruoo b.72.2.
Confit a.110.13.
Conger b.96.17.
Conſueſcere cum aliqua b.103.22.b.126.9.
b.156.31.
Conuaſare a.140.3.
Cœperet,pro cœperit a 97 7.
Creduas a.159.21.
Curriculo b.77.25.
Cum maximè a 99.27.a.116.26.
Cyprus a.92.34.

D.

Danae a.45.19.
Dare biber b.17.28.
Debacchatus a.91.21.
Decet cum datiuo b.98.17.b.109.16.
De die b.120.22.
Deduce b.43.23.
Deferuiſſe a.90.24.
Defetiſcar b.149.8.
Defrudo b.92.27.a.137.2.
Delibutus b.156.1.
Demenſum a.137 1.
Demedium a.96.10.b.149.19.
Depaciſci a.139.17.
Deſpicatus b.40.28.
Diecula a.23.34.
Diem aduerbium a.51.4.b.148.7.
*In diem b.56.3.
Digitulus a.38.28.
Diphilus b.87.22.

Dis a.106.16.
Diſcordare b.19.21.
Diſpudet a.52.27.
Diſtædet b.159.10.
Diuerticulum b.46.14.
Diuiduum b.92.22.
Diuitiores b.136.34.
Duco b.125.17.
Duint a.22.24.147.11.
Duo caſu accuſ. a.107.3.

E

Ecca ipſa a.34.3.b.49.5.
Ecere b.142.29.
Effertur b.8.11.a.77.5.
Educere b.34.18.
Ehodum b.9.24.b.13.13.a.21.7.a.40.16.
Elephanti Indici b.41.7.
Emergo actiue b.19.8.
Emoriri b.41.29.
Emungere a.151.24.
Eneco a.44.30.144.29.a.359.22.
Enim in principio b.117.31.
Ergo b.26.14.a.135.16.
Ergo propterea b.114.28.
E re nata a.94.30.
Erumpo actiue a.44.24.
Eſt vbi a.159.2.
Exaduerſum a.101.24.b.137.21.
Exoſſare b.96.18.
Expergere a.107.34.

F

Fabrica, pro fallacia a.72.25.
Facillime vti a.65.5.
Facito dum a.72.31.b.98.29.

Falſus

Falſus animi a.38.10.
Fame. b.83.12.
Fenero a.92.23.
Ferunt b.99.22.
Flabellum b.45.4.
Fors fortuna b.122.3.
Fors nominat, ſingularis a 93.28.
Frigit, pro friget a.49.28.
Fructi a.108.18.
Fuat a.128.22.
Fungor cum accuſ. a.73.19.a.98.20.a.142.11.

G.

Geſtire a.41.29.
Grauiter b.33.9.
Graciiæ a.39.19.
Gynæceum b.156.12.

H.

Hæc, pro hæ a.45.14.a.80.8.b.159.12.
Harunc a.78.17.
Hariolor b.91.21.b.146.29.
Haud nuſquam b.66.34.
Hercules b.56.24.
Here, pro heri a.40.10.
Hice nominatiuus b.37.34.
Hilaris b.106.28.b.107.3.
Hinc illinc b.103.29.
Hoc, pro huc a.89.29.
Horunc' a.116.20.b.147.9.

I.

Ilicet b.39.30.
Illi, pro illic b.89.21.b.114.33.b.123.20.
b.132.21.b.137.24.
Iligneus a.101.26.
Illò, pro illuc b.44.30.

Imbrus a.116.19.
Immiſericorditer b.103.18.
Impendere cum gem.accuſ. b.139.17.
Induente me. a.99.3.
Indulgeo cum accus. b.36.10 b.83.27.
Inſcitia a.58.16.
In honorem eſſe b.37.20.
Ingratis b.36.5.b.70.12.
Illudo { aliquem a.78.7.
in aliquem a.54.27.
in aliquo b 24.8. }
Illuuies a 67.16.
Inque b.76.31.b.157.30.
Irruo actiue a.100.27.
Inſiſto cum accuſ. b.38.19.
Intro admittere b.117.30.
Intro aſpicere b 14.28.
Intereà loci b.34.27.b.37.12.b.66.2.
Interloqui cum accuſ. b.76.10.
Introitur b.69.22.
Intus foras a.157.7.
Iurandum b.23.32.
Iuſta, pro iure a.142.10.
Iuſta iniuſta a.80.9.b.111.3.

L.

Labos b.119.10.
Latere tecto a.76.1.
Lauatum a.45.33.
Lemnus a.137.33.
Liberum b.106.20.
Licitum eſt b.16.30.b.133.13.
Limis b.45.13.
Logi b.146.31.
Liciſcit b.70.5.

Luctas

Luctat a.133.34.
Lucu pro luce b.107.2.
Lubere b.96.17.

M.

Magnificare b.118.12.
Mancupium a.59.9.
Manſum b.64.1.
Maſtigia a.106.34.
Malo a.126.17.
Maximo opere b.43.17.
Mea tu b.57.1.a.94.18.
Meditata paſſiue b.141.5.
Mercenarius a villa a.100.11.
Militum b.103.4.
Millies a.29.13.b.41.18.b.146.21.
Minerua a.85.28.
Mirificiſſimus b.156.28.
Miſeritum b.70.29.a.122.24.a.147.10.
Miſit orare b.43.12.
Modo nunc a.38.24.
Morigera b.12.19.
Mulco b.50.21.
Multis modis b.28.33.b.67.17.a.119.23.
a 146.5.
Muſſitare b.91.28.
Mutire a.18.27.b.134.7.

N.

Nam quæ b.152.8.
Nactus b.22.31.a.44.33.b.67.1.a.116.18.
b.137.14.
Neque haud non a.10.28.
Nunium quantum b.130.9.
Niſi ſi b.11.21.a.47.32.b.53.5.b.161.16.
Non ſciunt b.121.16.
Nulli, pro nullius b.20.27.

Nullus

Nullus a.15.4.a.36.31.b.114.16.

O.

Obganire a.160.10.
Obitus a.134.27.
Obſitus annis a.37.13.
Obſita pannis a.67.15.
Obſtupui b.11.34.a.102.28.
Odium, pro odioſo a.29.3.
Oedipus a.10.10.
Olet vnguenta b.89.22.
Omphale b.55.24.
Ornati b.14.28.a.37.14.
Oſſum b.37.27.
Oſtenta b.45.21.a.155.14.

P.

Pædagogus b.138.10.
Papæ b.36.23.a.38.19.
Parcere. a.107.7.
Parſi b.119.2.
Patriſſo b.100.21.
Pax b.67.12.a.77.20.
Piræum b.38.3.b.43.31.
Pendeo animi b.77.14.
Peniculus b.30.26.
Penus maſculinum a.39.12.
Percuſſit ad animum b.8.19.
Perduint b.79.5.b.123.24.a.138.22 b.115.11.
Perpetuum b.78.34.b.99.1.
Pertendere b.33.9.a.86.2.
Peſſum dare b.139.23.
Phalerata dicta a.147.9.
Phy a.97.26.
Piſtrilla a.101.24.
Plerique omnes b.7.15.a.136.27.

Pluſcu-

Pluſcula b.150.34.
Poſterius, pro poſtremo a.90.12.
Poſtillà b 28.28.b.34.28.b.70.13.b.143.14.
b.151.14.b.159.22.
Poſtremum b.13.8.
Pote b.27.24.
Poteretur b.155.14.
Poſſe b.47.5.
Prior cum accuſ. a.108.20.
Præcucurrit a.122.8.
Præter b.64.3.
Præut b.38.29.
Præcator b.83.5.b.138.6.
Primulum a.94.19.b.108.34.
Prodeambulare a.106.12.
Produxe b.100.15.
Proluuium a.111.27.
Promittere, pro minari b.77.17.
Pro patre a.110.23.
Proruo actiue b.45.10.
Protelo a.140.11.
Protinam b.140.4.
Prouidere b.9.23.
Publicitus b.158.24.
Pudet geminum accuſ. b.105.26.
Pulpamentum b.41.22.
Pulto b.66.30.a 70.5.
Puto b.46.11.
Pyrrhus a.51.4.

Q.

Quæſti b.130.20.b.133.11.
Quantus quantus a.97.3 b.157.12.
Quenque a.114.30
Qui, pro quis a.45.29.a.159.20.

Quidem

Quidem, hercle, certe a.139.13.
Quiſquam genere fœm. b.40.9.b.47.33.
Quita eſt a.127.4.
Quiuis, pro quouis a.93.8.
Quoque etiam a.126.23.

R.

Raptio a.96.22.
Referire b.100.26.
Remitto b.116.2.
Riſcus a.50.9.
Ruo actiue b.68.25.

S.

Sæuidicus b.140.11.
Salus b.105.33.a.121.12.
Satagit a.65.21.
Satias b.44.1.a.127.19.
Satraphes b.70.18.
Scibam b.34.a.67.31.
Scibo b.153.1.
Sciri a.28.33.b.66.34.
Scirpus a.29.3.
Scirtus a.114.15.
Senium cum accuſ.mag. b.38.31.
Senitus a.37.12.
Seria b.70.26.
Seruat domi b.50.33.
Seruibo a.125.10.
Sibe, pro ſibi b.37.23.
Sibi abundat b.110.1.
Silicernium a.101.31.
Similis cum genitiuo a.43.7.
Socors rerum a.104.30.
Solæ pro ſoli a.56.11.
Sorbillam b.101.5.

Spectare

Sperare.pro timere b.15.15.
St,ſilentii nota b.22.6.b.73.18.b.152.27.
Statim a.154.25.
Sterquilinium b.147.24.
Studet ſe b.32.14
Subfarcinata b.24.21.
Subagitare b.72.28
Succenturiatus b.140.31.
Sunium b.34.16.b.43.3.
Sycophanta b.25.10
Symbola a.8.13.
De Symbolis eſſe b.43.32.

T.

Tantidem b.91.14.
Techna b.48.25.
Templa cœli a.45.29.
Tetulit b.25.3.
Tranſdere a.136.16.
Tranſducere a.109.32.
Tumulti b.14.28.b.121.9.

V.

Vecti b.50.22.
Ventulus b.85.4.
Videre ſomnum a.71.24.
Villum b.106.5.
Volup' a.134.24.a.150.7.
Vſque donec a.105.11.
Vſus, pro opus a.62.11.b.97.8.
Vtibile a.151.33.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E.
ROMA